CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMINIS QVARTI SVPPLEMENTVM

BERLOLINI APVD GEORGIVM REIMER

MDCCCXCVIII

INSCRIPTIONVM

PARIETARIARVM POMPEIANARVM

SVPPLEMENTVM

EDIDERVNT

AVGVSTVS MAV ET CAROLVS ZANGEMEISTER

ACCEDVNT TABVLAE CERATAE

EDITAE A CAROLO ZANGEMEISTER

ET

VASORVM FICTILIVM INSCRIPTIONES

EDITAE AB AVGVSTO MAV

PARS I

TABVLAE CERATAE

POMPEIS REPERTAE ANNIS MDCCCLXXV ET MDCCCLXXXVII

EDITAE A CAROLO ZANGEMEISTER

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMER

MDCCCXCVIII

TABVLAE CERATAE

POMPEIS REPERTAE

ANNIS MDCCCLXXV ET MDCCCLXXXVII

EDIDIT

CAROLVS ZANGEMEISTER

PRAEFATIO

Pompeis felici fortuna repertae sunt anno 1875 tabellae ceratae amplius centum quinquaginta. Eas visum est in quarto hoc volumine una cum parietariis inscriptionibus edere propterea quod sicut illae, quibuscum eis scripturae cursivae lectu difficilis similitudo intercedit, magna ex parte delineatis exemplis repraesentandae sunt.

Anno, quem dixi, 1875 mensis Iulii diebus 3 et 5 in domo ad orientale viae Stabianae latus reg. V ins. I n. 26 sita, quam L. Caecilii Iucundi fuisse postea apparuit, supra septentrionalem partem peristylii[1]) arcae ligneae, 0,70 met. utrobique magnae (Mau *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 161), effossa sunt fragmenta, intraque ea tabellarum magna copia. Tam arca quam tabellae in carbones redactae erant[2]), sed fortibus illius assibus effectum erat, ut tabellae quamvis fractae tamen ut unius corporis ossa eodem spatio inclusa remanerent. In quibus cum effossionum curatores animo attento litteras detexissent, Iosephus Fiorelli carbones ob umorem admodum friabiles summa cum cautione et diligentia Neapolim in museum publicum transportandos curavit. Ibi mox postquam solis calore siccati ac durati sunt, ab Vincentio Corazza, papyris evolvendis tunc praeposito, frustula unius cuiusque libelli conquisita, digesta, composita sunt, denique tabellae singulae marginibus ligneis inclusae, eiusque laboris difficultates summas Corazza ita superavit, ut egregiae industriae et sollertiae laude sit dignissimus. Tabellis hoc modo recuperatis Iulius de Petra, musei praefectus, suum esse recte putavit, sine mora lectionem tabellarum aggredi, operam uti necessariam ita maxime arduam et molestam, quippe qua oculorum ac mentis nervi periclitandi essent, eoque difficiliorem, quod cuius tandem generis hi libelli essent, ei primo detegendum esset. Ac tanto studio in hanc rem incubuit, ut insequenti iam anno editio princeps prodiret, inscripta in hunc modum: *Le tavolette cerate di Pompei rinvenute a' 3 e 5 luglio 1875. Memoria letta alla Reale Accademia dei Lincei il 23 aprile 1876.* Roma 1876. 4°. pp. 86, tabb. IV [= *Atti della R. Accad. dei Lincei* ser. 2 tom. III part. 3 pag. 150—230]. Adiutus est vir de re nostra praeclare meritus ab Antonio Sogliano et Felice Barnabei, quorum uterque lectioni expediendae operam suam praestitit, hic praeterea libellorum quattuor n. V. XXIII. CXXXVIII. CXLIV exempla delineata ad editionem contulit, repraesentata in Petrae tabulis I—IV.[3])

Petra his libellis cuius generis instrumenta continerentur, recte agnovit et commentario docte exposuit; nec minus laudandus est propterea quod lectionem plerorumque recte investigavit. Quamquam consentaneum est in tanta operis difficultate non esse unius expedire omnia. Itaque Mommseni rogatu Augustus Mau anno 1876 Petrae lectionem cum archetypis contulit in multisque egregie correxit. His auxiliis usus Mommsenus, qui praeterea tabellas ipse inspexerat, nonnullas quae maioris momenti sunt recognoverat, n. XLV paginas 2 et 3 descripserat, eodem anno de universo hoc instrumentorum genere commentarium luculentum adiunctis ipsis selectorum libellorum verbis edidit in Hermae vol. XII p. 88—141 (*Die Pompeianischen Quittungstafeln des L. Coecilius Iucundus*). — Anno sequenti Mommseni consilio cura mihi mandata est libellorum in hoc supplemento edendorum secundum leges Corpori dictas, nisi quod rei proprietate dignum esse visum est maiorem numerum imaginum addere, quibus antiqui characteres quam fidissime exhiberentur. Earum utilitas ad haec fere spectat. Primum lectionis a nobis propositae rationem reddunt; deinde scripturam tabellarum cursivam, cuius his vix exstant exempla vetustiora, tanta copia et varietate repraesentant, ut non solum palaeographiae magno fructui sint sed etiam manibus diversis propositis ad ipsas tabellas interpretandas non parvi sint momenti. Denique necessaria sunt delineata exempla ad repraesentanda fragmenta vel dubiae lectionis partes, quippe quae typis vulgaribus exprimi nequeant. Hoc propositum quod assecuti sumus, insigni musei Neapolitani debetur favori ac munificentiae. Petra enim iam in ipsius musei usum tabellarum imagines, quae ipsius lectiones redderent, delineari iusserat. Has ipsas nobis utendas dedit mihique liberaliter permisit, ut quibuscumque ab

[1]) Mau *Bull. dell' Inst.* 1875 p. 161 et 1876 p. 162; Niccolini *case e mon.* vol. III: *La casa del banchiere L. Cecilio Giocondo* p. 3 et ichnographia in tab. I. Non recte locum indicavit Aemilius Presuhn *Pompeji. Die neuesten Ausgrabungen von 1874 bis 1878.* Lipsiae 1878, I p. 4 et tab. I sub *v*.

[2]) Vtrum ignibus, ut vulgo creditur, an putredine, ambigi potest. Nam anno 79 non calidis Vesuvii lapillis vel cineribus ambustos esse Pompeios Michael Ruggiero demonstravit in opere: *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio*, Neapoli 1879 p. 26; cf. Mau *Führer durch Pompeji* 1893 p. 3. Et in nonnullis tabellis quod cera conservata est, explicari vix potest, si ligna calore in carbones redacta essent. At obstare videtur, quod sigillorum cera soluta est. Vtrum verum sit, methodo chemica explorandum erit.

[3]) Commentarii ad haec instrumenta spectantes, qui deinceps usque ad annum 1877 prodierunt, compositi sunt in eph. *Archivio storico per le provincie napol.* II (1877) p. 176. Eorum potiores infra suis locis memoravi.

archetypis differre mihi visae forent, ea corrigerentur. Atque illi quidem consortio utilissimo acceptum referemus, si talis iam prodit haec editio qualem studia antiquitatis desiderant, communis tam musei quam nostra opera.

Mihi igitur ante omnia ii libelli, quorum imagines in hoc volumine repraesentandas esse constitueramus, pertractandi erant. Eum laborem exsecutus sum Neapoli annis 1877 et 1878[1]), laborem eo difficiliorem, quod meum erat non solum ea, quae iam lecta erant, recognoscere, verum etiam partes omnium obscurissimas, non lectas omnino aut certe nondum satis expeditas oculis scrutari, divinando ex carbonum latebris eruere. Quae res non improspere cessit, nisi quod me omni contentione operi incumbentem febris non una vice invasit. Lectione stabilita imagines corrigere coepi. Eae a papyrorum delineandarum officialibus Vincentio Crispino, Ludovico Corazza, Vincentii filio, nonnullae ab Carolo Orazj, denique una pagina ab Iohaone Malesci[2]) diligentia laudabili factae et Petrae, cuius lectionem in plerisque omnibus reddebant, subscriptione iam approbatae erant. Photographi arte parum profici potest in his tabellis reddendis, nec fere nisi in iis partibus, quae atramento scriptae et bene servatae sunt, aut in paucissimis paginis graphio inscriptis, in quibus cera adhuc superstes est. Quare illa exempla manu delineata sunt lapidis plumbei stilo. Laboris eius difficultas maxime in eo posita est, quod singulae litterae aut lineae, ut accuratissime suo loco chartae inscribantur, multa opera investigandae sunt (vide p. 279) augeturque etiam eo, quod cavendum est, ne tabella friabilis versando pessumdetur neve circino vel alio instrumento molles tabellarum carbones vel leviter tangantur. In corrigendis his exemplis a Crispino et Corazza, quibus mutanda quae essent, in singulis schedulis adumbrabam, promptissimis semper animis indefessisque me adiutum esse libens profiteor. Minores particulas in imaginibus ipse correxi, non solum ut tempori parcerem sed maxime eo consilio, ut scripturae cursivae, quae papyrorum delineatoribus minus cognita esset, ductus antiquos ubique restituerem, ad quam rem innumerae lineolae mihi delendae aliisque mutandae erant. Paucas paginas (ex. gr. n. CXLII pag. 5) integras a me ipso denuo delineandas duxi, cum earum litterae tam evanidae et implicatae essent, ut difficile esset eas reperire, difficilius veram earum formam depingere. Imagines illae tali tantoque labore communi factae refectae iam sunt repetitae et impressae methodo mere mechanica photographi, lithographi, zincographi. Additae sunt p. 302 et 310 tres paginae bene conservatae (n. XXI p. 5, XXV p. 2 et 4) ex archetypis ipsis photographice exceptae anno 1878, ut eiusmodi quoque imaginum specimine lector uti posset. Eae effigies in societatis palaeographicae Londiniensis sylloge: *Facsimiles of ancient manuscripts* vol. II tab. 159 expressae sunt ab Eduardo Maunde Thompson, musei Britannici summo praefecto, cui roganti ectypa nostra photographa in hunc usum libentes concesseramus.

Insequentibus annis Iosepho Fiorellio, penes quem antiquorum Italiae monumentorum summa cura erat, et Iulio de Petra auctoribus eorum quoque libellorum, quorum hac editione imago non comprehenditur (sive fragmenta sunt minoris momenti sive signatorum elenchos solos exhibent), exempla delineata sunt. Id quod optimo consilio factum est. Nam eae imagines scripturae ductus nunc quidem apparentes, sed tempore procedente fortasse evanescentes conservabunt atque ad nostram certe editionem hanc utilitatem praestiterunt, ut secundum eas fragmenta typis accuratius exprimi possent. In his tabellis si quae aliter tum legeram, ea cum delineantibus communicavi, sed ipsae imagines a me non sunt correctae. Tam haec quam illa exempla delineata museum Neapolitanum nobis utenda dedit ac liberalissime permisit, ut donec nostrae imagines expressae et editio absoluta esset, apud nos adservarentur; cuius beneficio summo operam nostram plurimum adiutam esse grato animo profiteor.

Iam vero temporis illud spatium, quod annis 1877 et 1878 Neapoli degere potui, suffecit pertractandis illis tabellis, quarum delineata exempla in hoc supplemento edere constituimus, non suffecit reliquis recognoscendis vel, si fieri posset, eis partibus, quae plane occultae erant, primum detegendis legendisque. Itaque cum diutius me ab Heidelberga abesse per praefecturae meae bibliothecariae rationes non liceret, rogavi Petram permitteret, ut partem eorum libellorum Heidelbergam mecum portarem, ubi maiore cum otio rem difficillimam periclitarer. Idque intercedente Mommseno tum nobis concessum est tam a Petra quam ab summo regni Italici ministerio, liberalitate numquam non satis laudanda, ita ut anni 1877 mense Novembri tabellas XXXI[3]) diligentissime involutas et arca forti clusas trans Alpes usque ad Nicrum mecum ferre possem. Sed spes fefellit. Nam mox intellexi, sub sole septentrionalis climatis nedum ad lychnorum lucem longe pauciora in his tabellis agnosci posse quam in splendore caeli Neapolitani, quin etiam oculos licet sanos et fortes tam affici, ut non solum inutile sed periculosum esse appareret, in hac regione partes omnino nondum lectas investigare et explicare velle. Itaque mense Aprile anni 1878 tabellis Neapolim reportatis ibi opus urguere pergebam.

Multa eorum, quae tum emendaveram vel primum detexeram, paullo post roganti tradidi Mommseno, qui iis usus est partim in commentarii sui editione italica, quae prodiit in *Giornale degli scavi di Pompei, nuova serie* vol. III n. 28 (Neapoli 1879, 4°) col. 69—114 hoc titulo: *Le tavolette Pompeiane, quietanze a L. Cecilio Giocondo, per T. Mommsen. Traduzione dell' avv°. Dario Bertolini, riveduta dall' Autore,*[4]) partim in huius syllogae volumine X anno 1883 edito, Indicibus I et II, quibus nomina (p. 1062) et cognomina (p. 1090) virorum et mulierum Pompeianorum ad meam recensionem exhibuit.

De Petra editionis suae supplementum parvum inseruit eidem ephemeridi *Giornale degli scavi* 1879 col. 114—116, quo fragmenta *a—x* [apud nos n. CXXI—CXXVI. XLIV. CXXVII—CXXXIV. XLI. XXXVI. XLII. CXXXV. CXXXVI. CXL. CXLIX] exhibuit.

Anno 1885, postquam libellorum commentarium conscripsi et imaginum maximam partem phototypice lapidibus refingendam curavi, Neapolim redii, ut tabellas a me nondum inspectas cum Petrae et Mauii lectionibus conferrem et quoad fieri posset expedirem, ceterarumque partes nonnullas denuo recognoscerem. Sed infeliciter accidit, quod Aprile et Maio mensibus, quos in hoc labore consumpsi, propter pluvium vel certe nubilum caeli statum tantum afuit, ut partium prorsus inexploratarum lectionem reperire possem, ut ne illa quidem, quae antea videram, omnia investiganti tunc apparerent. Sed sperari licet, ut opinor, fore ut iis, quibus Neapoli diutius morari datum erit, etiam plura eruere contingat. Ad caeli tunc intemperiem accessit, quod nonnullarum tabellarum statum vi pluviae et solis deteriorem interea factum esse observavi. Nam tempore inter annos 1878 et 1885 interposito in musei conclave, in quo hi carbonum thesauri collocati erant, imbribus desuper ex tecto immissis quaedam tabellae (ex. gr. n. LVII tab. III et n. LVIII tab. II) laesae erant et in particulas minimas tam comminutae, ut pessumdatae essent. Praeterea tabellarum in usum

---

[1]) Ab Septembri ad Novembrem a. 1877, ab 20 Apr.—8 Iun. et 26 Aug.—9. Oct. 1878.

[2]) Ludovicus Corazza delineavit n. V (pag. unam). VI (3). IX (3). XI (3). XVI (3). XVII (4). XIX (3). XXI (3). XXIV (4). XXV (4). XXIX (3). XXXI (1). XXXIV (3). XXXVII (3). XXXVIII (4). XL (4). XLIII (3). XLV (4). XLVI (4). IL (2). LI (3). LII (2). LIV (2). LVII (2). LVIII (4). LIX (2). LXIII (1). LXIV (1). LXVIII (1). LXXIII (1). LXXVII (1). LXXIX (1). LXXXII (1). LXXXIV (1). LXXXV (1). LXXXVIII (1). LXXXIX (1). XCIII (1). XCIV (1). XCVI (1). XCVIII (1). IC (1). CIII (1). CVII (1). CVIII (1). CXV (1). CXVII (1). CXXXVIII (3). CXLV (5). CXLVI (4). CXLVII (4). CL (2). CLIII (1). — Vincentius Crispino n. I (2). III (1). IV (1). VII (4). VIII (2). XII (3). XV (3). XX (3). XXI p. 2 (1). XXIII (2). XXX (3). XXXII (4). XXXV (4). XXXIX (4). XLVII (3). XLVIII (3). L (1). LIII (2). LV (2). LVI (2). LX (2). LXI (2). LXV (1). LXVI (1). LXVII (1). LXIX (1). LXX (1). LXXI (1). LXXV (1). LXXVI (1). LXXVIII (1). LXXX (1). LXXXVI (2). LXXXVII (1). XC (1). XCI (1). XCII (1). XCV (1). C (1). CI (1). CII (1). CIV (1). CV (1). CVI (1). CIX (1). CX (1). CXI (1). CXII (1). CXIII (1). CXIV (1). CXVI (1). CXXXIX (1). CXLI (5). CXLIII (5). CXLIV (4). CXLVIII (2). CLI (3). — Iob. Malesci n. XIV (1). — Carolus Orazj n. II (2). X (3), XVIII (1). XXII (4). XXVI (4). XXXIII (3). LXII (2). LXXIV (1). LXXXIII (1). XCVII (1). CXVIII (1). CXLII (5).

[3]) Erant hae: lib. XVI tab. a. b. c, XVIII a. b. c, LXV a. c, LXVI a. b. c, LXVII a, LXVIII a. b, LXIX a. b, LXXVII a. b. c, LXXX a. b. c, LXXXIII a. b. c, IC a. b. c, CII a. b. c.

[4]) Haec editio cum prioris (vide p. 275) paginas in margine indicet, plerumque priorem attuli solam; ambas composui ad hoc exemplum (cf. n. VI): p. 134 = 108.

hominum curiosorum intra armaria sub vitro expositarum partes illae, quae meridiem sive fenestram versus respiciebant, meridianis horis non raro solis radiis ita affectae erant, ut carbones in frustula multa non sine crepitu dissilirent. Quod damnum ne latius procederet, cavere curatores musei rogavimus.

Domum illam, in qua tabellas repertas esse supra dixi, his ipsis patuit fuisse L. Caecilii Iucundi. Nam exceptis n. I, antiquissima apocha anno p. Chr. 15 conscripta L. Caecilio Felici, cuius Iucundus filius erat aut certe heres, et n. CXXXVIII, de qua vide p. 426, nulla alius debitoris nisi Iucundi nomen testatur. Ea res confirmatur iis, quae in his ipsis aedibus vel e regione earum inventa sunt, paucis hoc loco commemoranda: 1) amphora, quam taberna ad dextram aditus posita (n. 27) prodidit, inscripta (*Bull. dell' Inst.* 1876 p. 24): *Caecilio Iucundo ab Sexsto Metello.* — 2) programma ad sin. eius tabernae pictum (*Bull.* l. l.): *Ceium Secundum II vir(um) Q. S. Caecili Iucundi*[1] *rogam(us).* — 3) programma ad dextram eius tabernae pictum (*Bull.* l. l.): *Holconium Priscum II vir(um) i. d. d. r. p. o. v. f. Iucundus rog(at).* — 4) programma in aedium (VI 14) exadversum positarum muro inter n. 20 et 21 pictum (*Bull.* 1876 p. 149): *Caecilium Capella(m) II (virum) Iucund(us) facit.* — Denique 5) in atrio herma cum Iucundi ipsius, fere quadragenarii, protome aenea suo loco stetit inscripta (Corp. X n. 860): *Genio L(ucii) nostri Felix l(ibertus).* Domus, quam Mavivs descripsit *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 149 sqq. et *Geschichte der decorativen Wandmalerei* (Berolini 1882) p. 414 sq.[2]), ornamentis suis et eximiae artis picturis, inter Augusti et Claudii tempora effictis, argentarium dominum monstrat facultates habuisse haud parvas. Ad fullonicam, ad quam complures Iucundi apochae spectant (cf. p. 426), recte videtur relata esse pelta marmorea in peristylio reperta, olim autem fortasse in uno ex intercolumniis suspensa, qua Minerva et ulula repraesentatae sunt; cf. Mav *Bull.* 1876 p. 150.

Libelli n. I anno p. Chr. 15, n. II a. 27 conscripti sunt, ceteri omnes sunt annorum 52—62.[3]) Itaque cum cistam tabulas continentem in usu esse anno 62 desierit, eam terrae motu, qui Pompeios anno 63 Febr. 5 afflixit, probabile est obrutam esse (Mommsen in Hermae vol. XII p. 90), licet haec domus clade illa non magnum damnum passa esse videatur (Mav *Wandmalerei* 1882 p. 446).

Latitudo tabellarum varia est inter 100 fere et 145 millesimas metri, altitudine minore. Minimus libellus est n. XXIII, latus 91, altus 72 mm.

Triptycha sunt numero longe maiore quam diptycha, quorum non habentur amplius octo decemve (n. I. IV. L. LXIV. CXXII + CXXIII. CXXIV? CXXV? CXXXVIII. CXXXIX. CXL).

Lignum est sicut Dacicarum reliquarumque omnium (ex. gr. apud Mogontiacum et Salaburgum repertarum) abiegneum pineumve. Fabricandi modus idem hic agnoscitur qui in illis (v. quae diximus vol. III p. 922), ut non serratura sed fissura codicis[4]) tabellae conficerentur, quo hoc assecuti sunt, ut tabellae inter se aptarentur accuratissime et, si adulterina supposita esset, fraus primo obtutu deprehenderetur.

Margo inferior in his quoque, antequam codex diffinderetur, ad sinistram et ad dextram perforatus est, ut linis per foramina bina transmissis libelli cuiusque tabellae infra colligarentur quasi vertebratae vel longioribus linis adhibitis totus quoque libellus circumcirca convolvi posset. In diptychis ad hoc sigillorum filo uti poterant.

Triptychi paginae 1 et 6 levigatae sunt, ut pro operculo essent nec inscriberentur instrumento ipso sed aut vacuae relinquerentur aut, quod in paucis factum est, summarium libelli sive in hac sive in illa notaretur. Cf. p. 433 cap. VII.

[1]) Quintus et Sextus Caecilii Iucundi huius filii videntur fuisse.
[2]) Cf. Niccolini *case e monumenti* vol. III: *La casa del banchiere L. Cecilio Giocondo*, p. 1—4 cum tabulis duabus.
[3]) Non, ut prius putabatur, annorum 53—62; cf. ad n. IV.
[4]) Cato p. 37 ed. Iordan: *Iussi caudicem proferri, ubi mea oratio scripta erat de ea re, quod sponsionem feceram cum M. Cornelio. Tabulae prolatae.* Hae tabulae, ex quibus caudex constabat, ceratae haud dubie fuerunt; itaque litterae stilo verso (Horat. serm. I 10, 72) lata eius parte induci et deleri facile poterant. Ne autem ductus in ipso ligno, in quod stilus penetrare solebat, remanerent, Varro partem quandam prorsus deleri iubens dixit: *Enim vero usque istuc ad lignum dele.*


Paginae 2, 3, 5 ita excavatae sunt, ut quadratum fieret, quod cera tenuissima inducta ad scribendum aptaretur, margines autem exstantes impedirent, quominus scriptura attereretur.

Pagina 4 in ipsa media parte striam habet excisam ad recipienda signatorum sigilla. In plerisque libellis reliqua paginae 4 pars non excavata est sed levigata, in eaque signatorum nomina sigillis eorum adscripta sunt atramento in ligno nudo columnae dextrae solius, ut sinistra vacua relinqueretur. In solo n. XCVII ambae columnae nominibus occupatae sunt, sicut in signatorum laterculis eis, qui scariphati sunt. In nonnullis enim libellis quarta quoque pagina aream excavatam ceraque inductam habet, in qua signatorum nomina graphio ita exarata sunt, ut praenomen et gentile in sinistra, cognomen in dextra columna legantur (n. XVII. XL. XLVI. CXLI—CXLIII. CXLV—CXLVII) aut nomina omnia in dextra columna scripta sint, sinisteriore vacua relicta (X. XI. XV. XXI. XXIV. XXIX. XXXIX. LVII. LVIII); in quorum libellorum his XXI. XXIV. XXIX. LVIII sola columna dextra excavata, margine munita ceraque inducta est. Signatorum elenchi, tam qui graphio quam qui atramento scripti sunt, a librario uno tenore calligraphice exarati sunt, non ab ipsis signatoribus, excepto uno libello n. LVIII (vide p. 429 sub finem).

Extra ordinem in n. V. VI. VII. XXXI. XXXVIII. CLI quaedam nomina in eadem columna non solum atramento sed graphio quoque scripta occurrunt. Vtra scriptura prior sit, cum ex ductibus ipsis, inter se mixtis sed intuenti non simul apparentibus, dignosci vix possit, certo tamen statui potest, signatores quosdam vel (ut plerumque) breviter, i. e. uno nomine, vel (ut n. CLI) plene praenotatos esse graphio, antequam laterculum totum librarius calligraphus calamo perscriberet. Inde facile explicatur, quod n. VII 23 et XXXVIII 22 apocharius alio loco videtur graphio notatus esse quam quo adsignavit. Vide quae de hac re dixi p. 429.

Exemplum instrumenti interius sive authenticum ita in libellis fere omnibus clausum est, ut linum coram testibus circum tabellas primas duas volveretur eiusque capita in striam paginae quartae revocarentur, postremo in hac stria ceris impositis signa imprimerentur. Lini in nonnullis libellis reliquiae habentur, ut tamen quantis filis compositum fuerit, non possit certo agnosci. Quaedam lina possunt certe fuisse triplicia, in n. XLIX videtur quadruplex. In n. CXLI discerni licet tabellas lino iam constrictas fuisse, antequam index in pagina 1 conscriberetur.

Vt linum tabellis I et II melius inhaereret, in summis et infimis earum marginibus incisurae singulae factae, quibus linum colligantes iniecerunt. Earum imaginem ex libello n. LXXVII petitam infra subieci.




Ad eundem finem ex paginae 1 marginibus summo et imo, ut linum melius adsideret, canaliculus brevis incisus est. Vtriusque incisurarum generis exempla vide in marginibus libellorum VII p. 4, X p. 4, L p. 4, XVII p. 3, CXLI p. 1. Vt libellus melius adservaretur, linum sigillis


suppositum in nonnullis certe libellis adhibitum est ad colligandum codicem totum, ad quod etiam in sexta pagina incisurae factae sunt, ex. gr. in n. CXLI et CXLII et (quod Ludovicus Corazza roganti mihi confirmavit) CXLIV. Contra in n. LXXVII, quem supra memoravi, tertiam tabellam carere incisuris certum est.

Illo igitur tempore nondum repertum erat linum per foramina bina a summa et ima parte striae traiici ad paginam primam, ut tabellis prima et secunda colligatis interius exemplar melius clauderetur. De qua re exstant testimonia haec. Paulus sentent. 5, 25 § 6: *amplissimus ordo decrevit eas tabulas, quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari* (*signaverit* codices), *ut in summa* ('excidit fortasse *et ima*' Mommsenus vol. III p. 922) *marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur atque impositae* [*impositum* codices] *supra linum cerae signa imprimantur, ut exterioris scripturae fidem interior reseret* (sic pro tradita lectione *reservaret* nunc proponit Mommsenus, verborum terminationes in hoc titulo mire corruptas esse monens). Ad idem senatus consultum non dubium est quin pertineant quae Suetonius Nerone 17 tradit: *adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae nisi pertusae ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur.* Secundum hoc senatus consultam Neronis tempore factum tam tabellae Dacicae saeculi secundi quam diplomata veteranorum perforata sunt. Sed horum unum difficultatem movit n. I, Stabiis repertum, cum ex Claudii constitutione anni 52 descriptum sit et foramina tamen illa iam exhibeat. Eam rem ut explicarent, homines docti ad varias coniecturas confugerunt parum probabiles. Nam Petra quod pag. 5 statuit senatus consultum illud confirmasse tantum modo usum veterem, prorsus refutatur eo, quod Suetonius testatur: 'tunc primum repertum'. Et perperam Mancinius p. 68 sibi persuasit, ad testamentorum tantum tabellas spectare verba Suetonii, cum tamen hoc quidem loco testamenta minime significari iusequentia doceant. Immo hoc statuendum mihi videtur, diploma n. I non ipso anno 52 nec paullo post, sed post illud senatus consultum demum factum esse. Huc convenit quod elementa Claudiana ab eo diplomate absunt, ex qua re et ipsa concludendum est (vide Buechelerum apud Mommsenum vol. III Suppl. p. 2007) scriptum esse post mortem Claudii. Ac fieri potest, ut tum demum usu receptum aut potius lege senatusve consulto stabilitum sit, ut exempla ex constitutionibus aeneis descripta et ipsa ex aere fierent. Tempus autem senatus consulti illius iam accuratius definiri potest libellis Pompeianis, quippe qui non, ut huc usque putabatur, omnes ad priscum usum instituti sint, sed novae quoque normae testimonia exhibeant. Ac primum quidem in triptycho n. CLII foramina secundum senatus consulti illius praeceptum immissa clare agnoscuntur. Subieci figuras paginarum 3 et 4, significatis in hac praeter quattuor foramina etiam sigillorum (s) locis.

pag. 3.




pag. 4.




Terminus, ante quem hoc instrumentum conscriptum est, terrae motu 5 Febr. 63 definitur, quo, ut supra p. 277 dixi, arcam tabellas continentem obrutam esse Mommsenus recte statuit. Sed ipse eius annus ni fallor investigatus est. Scriptura enim libelli licet fere pessumdata sit, tamen ex iis, quae legere potui, probabile est in eo memoratum esse Claudium Verum duovirum, quem hoc munere functum esse ab 1 Iul. 61 usque ad 30 Iun. 62 ex apocha n. CLI mense Ianuario anni 62 perscripta intellegitur. Praeterea autem triptychum n. CLV quamvis mutilum sit, adhuc tamen in prima tabella in marginis superioris parte media foramen certum ostendit (vide p. 410 et 414 imagines P^2 et P^1). Quod instrumentum anni est 61, mensis incerti nisi quod Rusonis consulis mentio libellum post Februarium et verba *kalendis Novembribus primis* (v. 19) ante Novembrem et fortasse plus uno mense prius scriptum esse declarant. Inde sequitur senatus consultum factum esse hoc ipso anno p. Chr. 61. Quod autem libellus n. CLI mense Ianuario anni 62 exaratus his foraminibus caret, facile ita explicatur, ut per neglegentiam tabellas etiam tum adhibitas esse statuamus ad recentem iussionem nondum institutas.

In omnibus libellis bina exemplaria scripta sunt vel certe scripta fuisse putanda sunt. Interius exstat in pagina 2 (inde ab *a* ad *b* figurae subiectae) et pagina 3 (ab *c* ad *d*), exterius non, ut in Dacicis, in paginae 4 columna sinistra[1]) incipit et dextram columnam signatorum nominibus (*g*—*n*) reservatam transiliens in pagina 5 desinit, sed solam paginam 5 occupat decurrens ab *o* ad *p*; extra ordinem in paginae 4 columna sinistra interius exemplum atramento repetitum est (ab *e* ad *f*), ut tamen pagina 5 non vacua relinqueretur, sed in ea alterum exemplum exterius inscriberetur (v. p. 418 col. 2)[2]).


pag. 2.




pag. 4.



pag. 3.



pag. 5.



Postquam interius exemplar lino circumvoluto (cf. Vlpianus Dig. 37, 11, 1 § 10 seq.) et signis in pag. 4 impressis clausum, exterius additum, totusque libellus lino linisve ligaturae clausus fuit, extrinsecus atramento breviter notabatur, ad quam rem pertineret libellus, ut in arca vel capsa reposita inveniri facilius posset. Itaque in omnibus fere margini externo inscriptum atramento est ad haec exempla *perscriptio A. Messio Fausto* (n. LII) vel *perscriptio Epidi Trophimi* (n. LXXXIV) vel *perscriptio auctionis lintiariae Ptolemaei, Masylli filii, Alexsandrini* (n. C) vel *chirograp(h)u(m) Privati* (n. CXLVIII). Vide p. 434 cap. VIII. Singulari exemplo in n. CIV pagina prima graphio scriptum est nomen *Dorophori* quod fortasse et ipsum est apochantis. De singulis his rebus cum plura composita sint in Summario, hoc loco restat ut memorentur observationes, quae insequuntur.

In arca libellos ita repositos fuisse, ut non iacerent, sed starent marginibus inscriptis sursum exstantibus cum per se sit consentaneum tum inde patet, quod macula e sigillis liquefactis in pagina 4 nata ad ligaturae foramina versus latior est.


In compluribus exemplis interioribus, quae non chirographaria sunt, pecuniae summa et creditoris nomina ceteris minus alte in ligno incisa et parum conservata sunt difficiliusque leguntur. Quae res inde repetenda mihi videtur, quod Iucundus ante auctiones singulas in maiore libellorum numero a librario suo paginas 2 et 3 inscribendas curavit spatiis relictis ad summam et nomina, ut auctione absoluta haec sola addenda essent.

[1]) Ea ut ad hanc rem latius spatium praeberet, sigillorum stria cum foraminibus non ut olim in ipsa media parte sed paullo propius a dextro margine immissa est.

[2]) Triptychum n. xxv ex variis lateribus repraesentatum exhibet opus Niccolini *case e monumenti* vol. II: *Descrizione generale* tab. LX (ubi tamen ex. gr. non recte effictum est in fig. 3, quod libelli pars media non lino sed fascia ligata est).

Nonnulli libelli prioris scripturae reliquias in ipso ligno nudo exhibent, quibus permixtis cum instrumento ultimo lectio valde impeditur. Iucundus igitur iisdem tabellis tempore procedente ad complura instrumenta usus est cera nova inducta sed in ligno ipso prioris scripturae vestigiis remanentibus. Plane singulare est quod in n. XXXII observavi. Ibi enim summae numeri, creditoris nomina utroque loco, consules anni 56 in consules anni 57 permutati sunt. Res non fraude videtur explicanda esse, sed ita, ut Iucundus tabellis anno praecedenti ad simile instrumentum adhibitis vel certe destinatis iam uteretur mutatis iis, quae mutanda essent. Quod autem dies et mensis prius non fuerunt scripti alii, id inde repetendum esse nunc putaverim, quod anno 56 apocha ea non ad finem perducta, sed omissa erat, antequam dies et mensis indicati essent; nam mensis Aprilis convenit Neroni et Calpurnio consulibus anni 57, non convenit Duvio et Clodio cos. a. 56.

Diptycha quamquam pauca supersunt et mutila, tamen qua ratione instrumenta iis comprehensa sint, agnosci licet, maxime ex n. CXXXVIII. Figuras infra exhibui. Foramina bina (1) et (2) ligaturae causa ut in triptychis ad marginem inferiorem immissa sunt. Pagina 1 vacua relicta pro tegumento erat. Paginis 2 et 3 exemplum interius inscribebatur decurrens ab *a* ad *b* et ab *c* ad *d*. In pagina 4 media stria non excavabatur, sed sigilla imprimebantur in ipso ligno nudo. Linum clausurae causa circum diptychum volvebatur, ut eius capita in pagina 4 media coirent sigillis deinde obtegenda; ad quod firmandum in his quoque libellis sicut in triptychis incisurae singulae in summo et imo margine tabellarum insunt; foraminum enim par ad hanc rem, ut vidimus, Neronis imperio institutum in diptycho exstat nullo. Sigillis adscribebantur in columna dextra nomina signatorum atramento; n. CXXIV, in quo fortasse graphio exarata sunt erantve, num diptychi sit fragmentum dubium est. In paginae 4 sinistra columna item atramento exemplar exterius scriptura transversa exarabatur.



In n. LXIV, cuius non restat nisi dimidia tabellae secundae pars, in paginae 4 columna sinistra nihil inscriptum est praeter indicem instrumenti (*chirographum C. Tetti Fausti*); itaque aut exterius exemplar in pagina 1 (nunc deperdita) perscriptum erat aut, id quod probabilius est, exterius exemplar extra ordinem in brevis summarii vel indicis formam contractum est (vide p. 420 col. 2). De diptycho antiquissimo (n. I) quid iudicandum sit, ad ipsum adnotavi. — Extrinsecus in margine summo breviter atramento sicut in triptychis indicare solebant, ad quem hominem quamve rem instrumentum pertineret; sed is titulus conservatus est in solo diptycho n. LXIV. — Diptychum bis simile repraesentatum est in pictura Pompeiana n. 1727 apud Helbigium, *Wandgemälde*, Lipsiae 1868 p. 414.

Ex iis, quae supra de tabellis in carbones redactis, de cera absumpta, omnino de libellorum statu qui nunc est exposui, lectionem certam patet plerumque non sine summis et huic monumentorum generi propriis difficultatibus reperiri posse. Paucissimae paginae litteras in cera ipsa superstites exhibent et commode leguntur, maxime interiora exemplaria, quae calligraphice exarata sunt. Ceterae omnes ita iam comparatae sunt, ut in ipso ligno nudo, in quod olim per ceram tenuissimam stilus penetraverat, scriptura investiganda sit summa utique oculorum mentisque contentione. Complures viri docti, ex quibus Carolum Georgium Brvns, clarissimae memoriae iurisconsultum, honoris causa nomino, cum me anno 1877 in museo Neapolitano huic labori incumbentem viserent, tabellas a me tum examinatas inspicientes sibi nec volam nec vestigium apparere affirmaverunt. Ac profecto in permultis ductus ita latitant oculosque fugiunt, ut vel perito tabella diu sursum deorsum versando intuenda sit, priusquam reliquias in ea omnino exstare discernere possit. Evanidae fractaeque litterae tam ambiguae saepe et fallaces sunt etiam in calligraphis exemplaribus, ut facile excusetur, si quis velut *Pollione* pro *Palfurio* vel *dII* ORDIINII pro AB PHILADELPHO legerit.

Legendi difficultates in quibusdam magnopere auctae sunt eo quod in ligno inter litteras rimulae lineis similes exstant vel vestigia prioris aut adeo priorum scripturarum apparent permixtae cum novissima, quibus rebus labor imponitur plane portentosus. Accedit aliud hoc. In plerisque tabellis res ita comparata est, ut nullus versus nedum vocabulum integrum oculo simul appareat, saepe ne litterarum singularum quidem lineae omnes. Itaque, cum etiam speculi usus in his sit fere nullus, litterae, mox vocabula ex lineis separatis anquiri et componi non possunt nisi describendo. Is autem labor maxime arduus est propterea, quod uno quidem obtutu prima saepe litterae linea sola apparet, altera non reperitur nisi aliorsum inclinato carbone friabili, eodemque modo pergendum est ad reliqua. Iam vero describendi ars in eo maxime posita est, ut in apographo singulae lineae eadem plane figura, quam in archetypo habent, eademque positione, quae iis in illo cum proximis intercedit, accuratissime reddantur. Atqui post primam delineatam expiscanda secunda linea; sed ut haec illi in charta recte addatur, denuo quaerenda est illa, eaque opera, tam oculos quam animum defatigans, continuanda est usque ad finem paginae vel tabellae. Quodsi apographum tali tantoque labore recte feceris, id ipsum verba vera plerumque facile tibi aperiet, si minus, labor erit irritus.

Ea exempla, quae non a tabellione calligrapho sed a creditore ipso exarata sunt, magna ex parte, etiamsi bene conservata restent, lectionis sunt perdifficilis, difficilioris, si evanida vel mutila sunt. In quibus legendis quantopere errare vel peritus possit, exemplo sunt n. XLVI v. 27, ubi FRVGI pro ARVM, n. CXLII p. 5, in qua, ut alia omittam, ĪI VIR IVRII DIC | PRIV*atus* pro SOLVTIO RI*ti* PVBL- | OB FVLLONIC, n. CXLIII pag. 5, in qua VIICTIG- pro FVLLONIC- lectum erat.

Quae atramento exarata sunt, alias et sibi proprias legendi difficultates habent. In universum quidem est quod miremur atramenti firmitatem, quae tanta est, ut in multis litterae macularum instar a carbone splendenti clare distinguantur commodiusque legantur quam scariphatae. Deinde hoc observavi, quae atramento scripta sunt, facilius investigari legique in umbra quam in solis luce, ad quod tamen omnino opus est sole tali, qualis est Neapolitanus, etiam in umbra reflexu suo satis efficax. Nam sub Hyperboreo sole ne clarissimo quidem lumine utens, nedum sub umbra agnoscere ex his multa poteris. Sed difficultatem legenti hoc scripturae genus eo facit, quod litteras adhibet multas lineolis vel apicibus parvis minimisve inter se distinctas, ex. gr. A R N M; C G Q D; E S; I U; T F Γ (*s*) H (*h*); D B L; P C T. Quodsi haec discrimina non sunt conservata, lectio admodum impeditur et mirum quantum ab vero aberrari potest. Velut in n. VI v. 18 et 21 CERDONIS et CIIRDONIS pro TVRBONIS, n. VII v. 19 CERICIAEI pro CERINTHI, n. LXVII v. 21 vel CASELLI vel ONYCIS pro TAGETIS lectum erat a peritis. — Non raro lectio eo impeditur, quod ductus quidam evanuerunt vestigio relicto nullo. Praeterea cavendum est, ne particulae minimae, in quibus superficies non plana sed cava est, lineae esse putentur; in quem errorem eo facilius induci possumus, quod pagina quarta, cum tabellae findendo factae sint, hic illic non bene levigata est. Ad ea, quae eiusmodi locis atramento scripta sunt, legenti utile est tabellam obliquatam intueri sive ab imo sive ab summo margine. In nonnullis locis (cf. ex. gr. n. CXII adnot. 1) calamus ita in lignum penetravit, ut cum atramentum evanuerit, litterae esse scariphatae videantur.

Quae cum ita sint, ut vera ex his vestigiis lectio eliciatur, praeter summam oculorum intentionem scripturaeque peritiam opus est divinandi opera continua. Ea longe quidem facilior est in iis partibus, quibus formula instrumentorum nota continetur atque ipse sententiarum verborumque ordo et contextus investigantem adiuvat, sicut adiuvat in membranis

palimpsestis Plauti, Gai, aliorum. Longe maiorem difficultatem afferunt reliqua: summarum numeri, creditoris, consulum, signatorum nomina, quippe quae alia fere sint in aliis libellis. In numeris et creditoris nominibus aliud accedit incommodum hoc, quod, ut supra dixi, haec alio interdum modo vel stilo minus alte incisa sunt. — Quae tantae difficultates cum non possint superari nisi viribus unitis complurium, optandum est, ut posthac aliis horum partes instrumentorum nondum lectas explicare contingat. Ad quam rem tamen omnino archetypa ipsa adeunda erunt. Nam si quis apographis vel imaginibus solis innitatur, in multis verendum est ne coniectando parum proficiat. Quamquam coniectatio sane 'magis celebratur' quam vera lectio. Veritate ipsa utuntur docti indocti sicut aere et sole, auctoris obliti.

Contra imaginum huic editioni insertarum lectio longe facilior et ita comparata est, ut etiam a tironibus post exiguam exercitationem plerumque expediri queat. Particulae enim litterarum, in carbonibus aegre investigatae, transcriptae, in litteras coniunctae, iam in exemplis delineatis clare comparent eoque minorem legenti difficultatem obiicere solent, quo accuratius archetypum effictum est.

In describendis libellis numeri, ex. gr. 111 ad 130, indicant millesimas metri Gallici partes, prior altitudinem, posterior latitudinem, numeri inclusi, ex. gr. (82), significant altitudinem vel latitudinem non integram sed usque ad hanc mensuram, ex. gr. 82, servatam esse. Mensuras ipse denuo exegi; quodsi quae paucis millesimis differunt a Petrianis, id saepe inde repetendum est, quod carbonum tam ob umoris diversitatem quam ob curvaturam mutatam magnitudo aliquantum variari solet. — Exceptis imaginibus litteras non plene conservatas, sed certe lectas saepius integris typis, non mutilatis exhibui. — In ea scriptura, quae calamo atramentoque exarata est, litterae C, E, F, I, L, S, aliae ceteras saepe excedunt sursum vel (I) tam sursum quoque quam deorsum. Id quam late pateat, cum ex imaginibus nostris perspici satis possit, in iis libellis, qui non delineati repraesentantur, typis eas varietates non distinxi nisi quadamtenus in dubiae interpretationis fragmentis et in I littera; longae I enim mediis vocabulis raro, extremis tam saepe a librariis adhibitae sunt, ut in fragmentis incertisque partibus ex huius litterae forma probabiliter conici possit, utrum nominis finis necne statuendus sit. — Paginas 1 et 6 vacuas esse ubi dixi, intellegendum est, eas non excavatas nec ceratas, sed pro tegumento fuisse nec quicquam scripturae in iis exstare. — Interpunctiones eas, quas certas esse mihi persuasi, exhibui. Praeter has quae adesse videntur aut fortasse prius exstabant sed iam evanuerunt, eas omittendas esse satius duxi. — Margo inferior appellatur is, qui iuncturae foraminibus — ex. gr. in effigie pag. 278 col. 2 n. (1) et (2) — proximus est, superior is, qui huic oppositus est. Libelli para 'dextra' vel 'sinistra' intellegenda est (nisi contrarium disertis verbis notatur) ea, quae paginam secundam spectanti dextra est vel sinistra.

Tabellarum fragmenta cum non solum formis marginatis inclusa, sed etiam pellicula, qua bracteatores uti solent, inducta coniunctaque sint, quaedam partes, ut rimae, foramina, margines, sigillorum atria, iam non possunt inspici; detrahendo autem pelliculas cavendum est ne violetur tabellae superficies aut prorsus corrumpatur, ipsius tamen rei emolumento nullo aut parvo. Nam Vincentius Corazza, quem sollertissime coniungendi opera functum esse p. 275 dixi, vix quicquam obtexisse confido, in quo scripturae homo peritissimus vestigia vidisset. In imaginibus vero, ut consentaneum est, ea tantum expressa sunt, quae cerni poterant; itaque ne quis miretur, sicubi ex. gr. rimula aliqua non per marginem producta est.

Libelli n. I—CLIII ita digesti sunt in hac editione, ut priore parte apocbae privatorum et fragmenta incerta proponantur: n. I—CXXXVII, posteriore parte comprehendantur apocbae coloniae Pompeianorum, quae vel ad avitum (n. CXXXVIII—CXL) vel ad fullonicas (n. CXLI—CXLIV) vel ad pascua (n. CXLV—CXLVII) vel ad debita incerta (n. CXLVIII —CLIII) pertinent. In sua quique parte secundum annorum ordinem, quoad fieri potest, dispositi sunt. — In varia lectione afferenda ita versatus sum, ut memorarem et ea, quae a prioribus visa nunc evanuerunt vel certe mihi videntur evanuisse, et ea, de quorum lectione adhuc dubitandum esse puto. Alia a prioribus recepta afferenda erant, ut etiamsi res explorata esse mihi videretur, disertis verbis mihi ea non probari adnotarem, sive quia minime hoc mihi sumpserim, ut in tanta rei difficultate ubique certa a me reperta esse contendam, sive quia lectiones priores ab hominibus doctis iam pro fundamento ratiocinationum adhibita vel certe memorata erant. Iis Petrae lectionibus, quas Mauium probasse ex silentio eius solo colligi potest, huius nomen subieci intra uncinos ( ) positum. Vbi Mauius Petrae lectione reiecta veram ipse expediverat, haec eo magis memoranda fuit, quod Mauii opera non est edita.


Auctario (p. 406—416) addidimus triptycha duo similia Pompeis inventa anno 1887, de quibus infra, quae opus est, dicta sunt.

Absoluto iam editionis huius opere, summo patientiae temptamento, quod, sicut rationes et negotiorum meorum et ipsius laboris ferebant, subsecivis temporibus elaborandum erat, restat, ut gratum animum testificer et MVSEO NEAPOLITANO, cuius egregium beneficium nobis conlatum supra iam cum laude memoravi, et THEODORO MOMMSENO, quod plagulas prelum exspectantes perlegit et eximiis, quae suis locis adnotavi, inventis exornavit vir singularis, quem sicut Corpori huic, cuius edendi consilium ante haec decem lustra praefinivit, promovendo perficiendo hodie quoque vi ingenii iuvenili instantem admiramur, ita etiam in his antiquitatis Romanae monumentis interpretandis ducem merito sequimur.

HEIDELBERGAE PRID. KAL. DEC. MDCCCXCVII


CAROLVS ZANGEMEISTER

3340 I. diptychum altum 102, latum 134 millesimas metri. Paginae prima et quarta levigatae sunt; secunda et tertia excavatae sunt et olim quidem fuerunt cera illitae, sed cera prorsus absorpta est litterarumque vestigia tenuissima in ipso ligno servata difficillime maximam partem reperiuntur leguntarque, praesertim cum carbonis superficies permultas rimas in linearum speciem egerit. Sub versu 11 sigilli reliquiae exstant.



Pagina secunda.

HS n. DXX ob mulum
venditum [M.][1]) Pomponio
M. l. Niconi, quam pequniam
in stipulatum [L.][2]) Caecili
Felicis redegisse[3]) dicitur
M. Cerrinius Euprates[4]).
Eam pequniam omnem[5]),
quae supra scripta est,
⊗ ⊗



Pagina tertia.

[⊗] ⊗
[n]umeratam dixit se
[a]ccepisse M. Cerrinius M. l.
[E]uphrates ab Philadelpho
[C]aecili Felicis ser(vo). ⊗

Actum Pompeis V k. Iunias — Mai. 28
Druso Caesare
C. Norbano Flacco cos. — p. C. 15


Integrum primus legi imaginemque et correxi et supplevi. — De Petra *tavolette cerate* 1876 n. 1, idem mox in Commentationibus in hon. Mommseni a. 1877 editis p. 417, cuius lectionem emendavi ibid. p. 824. — Secundum lectionem meam ed. Mommsen *Giornale* 1879 p. 105.


1) praenominis vestigium nullum restat. — 2) praenominis quae restant, etiam C admittunt, sed L fuisse paullo probabilius; huc accedit, quod Lucii praenomen est Caecilio Iucundo, qui huius haud dubie heres ac fortasse filius fuit (Mommsen *Giorn.* p. 71). — 3) cf. n. VI *in stipulatum eius redegi.* — 4) nota quod h. l. *Euprates*, infra v. 11 scriptum est *Euphrates.* — 5) *omnem* i. e., nisi fallor, non deducta mercede aut centesimae aliove vectigali.

In pagina prima (foraminibus sursum collocatis) litterarum atramento scriptarum reliquias detexi, sed quae incertae lectionis sint, has: 1) sub foramine dexteriore sinistrorsum . . RRIN . . (?), 2) ima pagina ad dextram quinque hastarum particulas infimas. Fortasse fuit brevis instrumenti index (cf. ex. gr. CXLI p. 1). — In quarta pagina neque scripturae vestigium certum neque sigillorum ullum apparet; stria autem ad sigilla recipienda quod in hoc non est incisa, ei commune est cum diptychis omnibus. — Alterum exemplar, cuius nulla vestigia exstant, Petra p. 419 statuit perscriptum fuisse in libello separato nunc deperdito, quae tamen res nescio an nullo exemplo comprobari possit. Contra Mommsenus ex ipsa acceptilationis natura coniecit illo tempore, cuius est hoc diptychum, cetera [tantum non omnia] annis fere quadraginta superans, instrumenta et testibus et secundo exemplari carere potuisse. Id fieri potuisse negavit Brunner *Zur Rechtsgeschichte der röm. und germ. Urkund.* I (Berlin 1880) p. 46 not. 3: *Eine vom Destinatär selbst oder von einem servus desselben geschriebene völlig zeugenlose Aufzeichnung ist nur eine Privatnotiz* (*'propria annotatio'*), *ohne*

andern Zweck, als dem Gedächtniss des Inhabers zu Hülfe zu kommen (cf. Cod. Theodos. X 16, 3, Cod. Iust. IV 19, 6, 7) oder nur ein Entwurf einer Zeugenurkunde, der aus irgend welchen Gründen nicht vollzogen wurde. — Mihi neque ad illam neque ad hanc coniecturam videtur confugiendum esse. Nam fieri potest, ut alterum exemplar cum signatorum nominibus atramento scriptum fuerit in quarta diptychi pagina, non excavata ad sigilla recipienda sed levigata, evanueritque totum vestigio relicto nullo. Hoc quidem factum esse in tabulis multis certum est (ex. gr. in libelli CXLIV signatorum nominibus); illud probant diptycha n. IV. L. LXIV. CXXXVIII. CXXXIX, ut in certissimis afferendis subsistam. Rem autem plane decidunt incisurae singulae, quas in superiore et inferiore marginibus archetypum clare exhibet. Iis enim, quippe ad filum sigillorum inserendum factis, comprobatur fuisse in pagina quarta ceras et signatorum nomina. Hoc autem evicto nihil est cur alterum quoque exemplar ibi olim scriptum fuisse ac deinde prorsus periisse dubitemus.

II. triptychum 102 ad 143. Paginae 1 et 6 levigatae sunt. In p. 2 et 3 excavatis nunc cera prorsus periit nec quicquam legitur nisi quod p. 2 v. 1 numerorum vestigia agnoscuntur. Pag. 4 ad sigilla recipienda excavata et atramento inscripta est. Pag. 5, quae excavata est, media ceris sigillorum paginae quartae inquinata est. Ipsius cera prorsus evanuit nec scriptura restat, sed media parte prope marginem dextrum chirographi reliquiae aliquot fortasse cernuntur; exemplum autographarium in hac pagina exaratum fuisse inde patet, quod in eius angulo dextro inferiore sigilli vestigia exstant.





Margo tabellae secundae, pars sinistra.

PER[1]) . . . .

Pagina quarta, columna sinistra, scriptura transversa.

HS n. ∞ CCC. . . . . quae [p]ecu[nia in stipulatum]
L. Caecili Iucundi [veni]t[2]) [o]b[2]) [auctionem]
M. Allei Carpi in idus D[e]cembr(es) pr[imas][3])
mercede minus n[umerata[4]) habere se]
dixsit M. Alleius Carpus ab L. Caeci[lio Iucundo]
act(um) Pomp(eis) V k. Dec. Nov. 27
[L.][5]) Calpurn[i]o [6]) M. Licinio [cos.] p. C. 27

Pagina quarta, columna dextra.


. . . . .
. . . . . .
Q. . . .
[P.] Furi For[t]u[nati][7])
. . . . . .
. . .[8])
(?)

Descripsi et imaginem correxi. — De Petra n. 2; contulit Mau.

1) fort. *per[scriptio]* . . .; De Petra *p(erscriptio) M. [Alleio Carpo]* legerat minus probabiliter. Mauius exhibet post duarum triumve litterarum spatium hastam litterae L similem. — 2) has T et A evanidas vidi sed non delineavi. — 3) utrum DECEMBR PR| an DECEMBRES| fuerit, incertum est; illud mihi anno 1885 tabellam recognoscenti probabilius esse visum est. — 4) NumERata Petra; NVmERAta Mau. — 5) praenominis nunc quidem forma ambigua est, ut C potius quam L esse videatur. — 6) hoc loco punctum postea detexi. — 7) ante FVRI anno 1885 vidi T quod tam P litterae quam T esse potest. P. Furius Fortunatus in libellis n. XVIII et LXIX redit. Post FVRI punctum postea clare agnovi. — In fine huius versus fortasse scariphata N cum clausula exstat; itemque videntur quaedam scariphata fuisse in versibus praecedentibus, sed lineae parum clarae sunt. — 8) testium qui fuerit numerus, incertum est; videntur tamen fuisse octo aut, cum in ima columna fortasse reliquiae exstent, novem.

M. Alleius Carpus redit in libello n. XXI anni 56, ubi sunt 1366 sestertii, sicut in hoc 13[. .].

III. triptychi tabella prima 116 ad (115). Pagina 1 vacua (nunc obtecta, mihique non visa). Pag. 2 cerata, sed litterarum pars magna periit




Pagina secunda.

..C[ornelio] 1) L. Salvio cos. — p. C. 52 (33 ?)
.........s
Mi 2).......s scripsi me 3)
..........isse 4) e[x]
[auctione mea ab L.] Caecilio
Iuc[undo hs. n.] s[ep]tem 5) millia
. . . . [du]os nummos
. . . .
. . . .
. . . . 6)
[◉] ◉

Lectionem recognovi et imagine repraesentandam curavi. — De Petra n. 35; contulit Mau.

1) reliquiae a me visae huic nomini conveniunt: Cor...io. — 2) Iii i. e. *m* aut *mi* (cf. adnot. 3) vidi; deinceps circiter sedecim lineae extant. — 3) sic Iiii; v. 6 et 7 quoque Ii pro Iii exaratum est. — 4) non potest esse *accepisse*, nam ante *isse* litterae s fragmentum exstat; ...SISII non recte Petra; Mauius IISSII IIX, sed hanc X agnoscere non potui. — 5) litterae s partem inferiorem vidi sed non delineavi. — 6) decem versus scripti erant. Ex v. 10 praeter vestigia supra delineata fortasse restat s infra v vocabuli *nummos* v. 7.

IV. diptychi tabella secunda 104 ad (116). In pag. 3, quae cerata est, nil legi potest; p. 4 mediae (non excavatae) sigilla impressa sunt, quorum cum vestigia restent, numerus tamen certo definiri nequit, sed possunt fuisse quinque aut fortasse sex (quattuor agnoverat Petra); in parte dextra testium nomina atramento inscripta fuisse reliquiae quinque (aut sex) versuum docent; in parte sinistra atramento scriptum est exemplum exterius. In pag. 3 angulo dextro inferiore sigilli vestigium agnoscitur. — Foramina margine mutilato non restant.



Pagina quarta, columna sin., atramento scriptura transversa

[Fausto?] Cornelio Sulla L. Salv[io cos.] — p. C. 52
pr. k. Apriles............ — Mart. 31
s . . . .
. . . 1)

Pagina quarta, columna dextra.


(sigillorum reliquiae) *quinque*
(aut sex)
versuum
reliquiae 2)

Lectionem correctam ampliatamque imagine exhibui. — De Petra n. 57; contulit Mau.

Nil praeter CORNELIA POLLA L | .... Petra, quibus haec L'.LLA·L adnotavit Mauius.

1) versus quarti reliquiae paucissimae in imagine non sunt delineatae. — 2) imago trium versuum reliquias exhibet; reliquarum vestigia nimis vaga sunt.

V. triptychi tabella secunda, alta 103, manca latitudine. In pagina 3 incerata legi nihil potest. Pagina 4 in ligno nudo inscripta est atramento, nisi quod testium laterculo interiecta quaedam sunt nomina exarata graphio.



Pagina quarto, col. sinistra, atramento inscripta
scriptura transversa.

HS n. ∞ c ∞ Lxxxv quae pecunia in stipulatu(m) venit L. Caeci(li) Iucundi ob auctionem buxiaria(m) C. Iuli Onesimi in idus Iulias primas mercede minus numeratos accepiss-e[1]) dixit C. Iulius Onesimus ab M. Fabio Agathino nomine L. Caecili Iucundi.

Actum Pompeis VI idus Maias Mai. 10
M.' Acilio Aviola M. Asinio Marcello cos. p. C. 54


Pagina quarto, col. dextra.

a) *atramento scriptum*	b) *graphio scriptum in a*
A. Me[ssi]	
Q. Arri	
T. Sorni [Eutychi]	
N. Here[nni]	
	CA (?)
. . . . . i lusti	. . . .
	IAN (?)
M. Antis[ti] Pr[i]m[ogenis?]	
	PRIMOG
[M. Aure]li F[e]lic[2])	
	t' II (aut M)
[L. Liv]inei [Eutacti?]	
	[I]IV [tacti?]

Descripsi et imaginem correxi. — De Petra n. 3 (cf. Corrig. p. 86) cum imagine in tab. IV. Recognovit Mau.

1) sic *accepiss*|*e* legendum videtur. An forte —ISS|E· in —ISE|SE· correctum? — 2) in libello XXXIV v. 15 est M. Aurelius Felicio.

VI. triptychum integrum 110 ad 140. Paginae 1 et 6 vacuae (nunc opertae). In pag. 2 et 6 ceris, excepta particula v. 2 extr., consumptis litterae in ligno supersunt, tenues maxime in v. 2—v. 6 init. Pag. 4 in columna dextra signatorum nomina atramento, duo etiam graphio scripta exhibet; in stria media quattuor sigillorum reliquiae exstant; sigillorum primi, tertii, quarti vestigia in paginam 5 quoque transierunt. Mancinius quinque sigillorum vestigia, itemque quinti versus (inter v. 18 et 19) reliquias extare perperam affirmavit. Nec sigilli nec versus quinti quicquam exstat, versus eius ne spatium quidem, quasque exhibet medio inter v. 18 et 19 spatio litteras IS, fortuitae sunt maculae, super V nominis VEDI adeoque hunc propius quam versum 18 positae. In pag. 5 scriptura cum cera evanuit; in eius foramine sinistro fili fragmentum restat. — Fortasse paginis 3 et 5 imis sigillum erat impressum, id quod maculae singulae paginarum 2 et 4 videntur arguere. In pag. 5 vestigium sigilli nullum cernitur, sed maculae adsunt ex pag. 4 provenientes.




Margo tabellae secundae, atramento inscr.

*chiro*GRAPVM — Al*m* . . . . . .[1])


Pagina secunda.

M.' Acilio Aviola M. Asinio cos. p. C. 54
IIII k. Iunia[s] Mai. 29
Salvius heredum N. Nasenni[2])
Nigidi Vacculae servo[s]
scripsi me accepisse ab
L. Caecilio Iucundo sesterti[a][3])
nummum tria milia
quinquaginta nove(m)
nummos



Pagina tertia.

ob auctione(m) mea(m) [qu?]em[4]) sic
[i]n[5]) stipulatu(m) eius redegi
quae minutati(m)[6]) quem
ad modum volui ab eo
accepi in hanc diem.
Actum Pompeis



Pagina quarta, columna dextra.

a) *atramento*

Salvi her(edum) Vacculae
L. Aeli Turboni[s][7])
P.[8]) Vedi Primi
Salvi her(edum) Vaccul(ae)

b) *graphio in* a, *v. 18 et 19*

TVRBONIS
VIIDI PRIMI

Lectionem a me correctam ampliatamque imaginibus — excepto margine — exhibui. — De Petra n. 112 meliusque in Commentat. in hon. Momms. p. 418; contulerunt Mau et Mommsenus, qui edidit p. 134 = 108. — Paginam 4 exhibet Mancini *Atti della R. Accad. d'arch.* XI (1883) 1 p. 98 male.

1) litterarum IRO et in dextra parte SAL*vi* reliquias dubias vidi.

2) lectio certa est; HIINNASIINVS Petra *tav. cer.*,]IIINNASIINN] Mau, HIIrIIDVNNASIINNI Petra p. 418.

3) SIISTIIRTI↘ servatum est. Ultimum vix potest esse clausulae instar, ut supplendum sit *sesterti(um)*; Mommseni *sestertiu[m]* non admittunt ductus.

4) sic legendum puto, certe qui nunc restant ductus ceris absumptis in nudo ligno superstites, IIJIII sunt, non AJIII; Mommsenus nunc [*it*]*em* proponit, in hunc modum interpretans: quod mihi debuit *ob auctione(m) mea(m)*, [*it*]*em i*[*n*] *stipulatu(m) eius redegi. Quae* et q. s.


5) IN integrum exhibet Mau.

6) *minu[s a]nte* a Petra, Mauin, Mommseno propositum admitti nequit; *minutati(m)*, quod ego ex ductibus difficillime reperiendis elicui et certum esse arbitror, summam significat non una pensione integram, sed pluribus pensionibus paullatim solutam esse. Pro 'particulatim', 'paullatim' saepius adhibetur; cf. ex. gr. Cicern Acad. pr. II 16 § 49 de sorite: *cum aliquid minutatim aut gradatim additur aut demitur*; Digest. II 15, 8 § 9; XXXIV 1, 3; XLI, 1, 38. Sicut hoc loco usurpatum de summa pensionibus soluta reperitur apud Ciceronem ad Attic. 16, 1 § 5 *Xenonem perexigue et γλίσχρως praebere id est minutatim,* ubi ab editoribus verba ultima tria seclusa sunt sine iusta causa, cum minime sint glossema otiosum et proprie dicta esse iam ex hoc libello pateat. Similiter 'minutus' adhibetur, ex. gr. Dig. II 14, 9 § 1, ubi *minutae summae* oppositae sunt uni summae. Cf. Cicero pro Flacco 20 § 47 *minutis mutuationibus.*

7) *Cerdonis* priores h. l. et v. 21 legerunt, non recte.

8) P est, non (ut priores legerunt) L.


VII. triptychum fere integrum, 110 ad 135. Pagina 1 vacua est, p. 2 et 3 olim ceratae, nunc leves sunt litterarum sulcis in ipso ligno relictis tenuibus; pag. 4 recipiendis sigillis (nunc deperditis) excavata, in duarum columnarum non ceratarum dexteriore nomina signatorum continet, quorum a tertio usque ad nonum prius (ut mihi videtur) graphio indicata, deinde atramento perscripta sunt; quodsi v. 18 L IVN legendum esse recte coniecero, huius testis nomen contra praescriptum non quarto sed ultimo i. e. nono loco atramento exaratum est. Pagina 5 cerata sed sigillorum ceris liquefactis partim inquinata; exemplum hoc Nymphii autographum partim evanuit, nec reliquiae eius sine magno labore investigari possunt. In angulis paginae inferioribus duo sigilla impressa sunt, quorum vestigia in archetypo etiam clarius quam in imagine cernuntur; ex sinistro sigillo macula transiit in paginam 4.



Margo tabellae secundae, atramento inscr.
perscriptio Nymphi[1]) — [L.] Iuni Aquila[e][2])

Pagina secunda.

HS n. ∞ [DLX?]VII quae
pecunia in stipulatum
L. Caecili Iucundi venit
ob auctionem Ni(m)[ph]i[3])
L. Iuni Aquilae
in idus Augustas primas
mercede minus




Pagina tertia.

[nu]merata[4]) [habere]
[se dixit] L. Iunius Aquila
ab L. Caecilio Iucundo.

Actum Pompeis[5]) IIII k. Iu . .[6]) Mai. 29 aut Iun. 28
M.' Acilio M. Asinio cos. p. C. 54


Descripsi et imaginem correxi supplevique. Paginae 4 nomina graphio scripta in imagine lineis tenuioribus quam in archetypo exarata sunt exhibui, ut clarius a ceteris distinguerentur. — De Petra n. 4; recognovit Mau.

1) *perscriptio Nymphi* integrum exhibent Petra (cf. Corrig. p. 86) et Mau. — 2) *Aquilae* integrum exhibet Petra. — 3) servo nomen fuisse *Nymphius* ex margine constat; reliquis locis male conservatum est. Fortasse h. l. (ubi tertiae litterae vestigia ad C potius quam P nunc videntur ducere) et v 32 I pro Y scripta et M omissa est. — 4) litteras *merata* vidit Mau; ipse anno quoque 1885 frustra quaesivi. — 5) litteras PEIS in archetypo postea paullo clarius vidi quam in imagine repraesentatae sunt. — 6) IIII certum est, in fine utrum IVN an IVL fuerit, dubium.



Pagina quarta, col. dextra.

a) *atramento*	b) *graphio in a*
Sex. Numisi Iucundi	
L. Neri Hy[gin?]i	
[Q.] Caecili Attali	ATTALI
	ꞁIVN(?) 7)
M. Badi Hermae	HIIRM-
[P.] Pacci Cerinthi	PACCI
A. Vetti Donati	DON
P. Aefulani Crysant///	CRVSA
C. Nunnidi Sy[n.]	C NVNNIDI SYN
L. Iuni	



Pagina quinta.

Nymphi[us 8)] scripsi ex]
ma[n]datu [et delegatu]
L. Iuni A[quil]ae eum
accep[is]s[e] ab L.
Caecilio I[u]cundo
seste[rti]os m[ill]e qui[n?]- 9)
[g]entos se[x]agi(n)ta
[septe(m)?] ob [a]uctione(m)
[N]i[ph?]i Iu[n]i [Aq]uila[e]

7) fort. L IVN eiusdem testis nomina, quae atramento v. 23 sunt scripta. Hoc v. 17 atramento nihil scriptum erat.

8) post delineatam imaginem vidi NYI﹕IIPhIus.

9) fort. est QVI with N above.

VIII. triptychi fragmentum, altum circ. 78, latum ad 130. Paginae 1 et 6 vacuae. Pag. 2 cera scripturaque carens. Pag. 4 atramento inscripta, nunc ad sin. et infra mutila, praeterea ceris sigillorum inquinata. Pag. 5 scriptura nunc carens, ceris paginae 4 inquinata; in angulo inferiore dextro (sinister periit) macula exstat, quae potest nata esse ex cera sigilli huic loco impressi.

Pagina tertia.

ACT POIIIIP,IIS [VIII K?][1])IVNIAS
IIII/ ACILIO AV*iola* IIII ASINIO COS

Mai. 25?
p. C. 54

Pagina quarta.

M · OBELLI · FIRMI
. . *m*ELISSAE · F*us*CI[2])
. . . . I · P . . . . CI[3])
. . . .

Descripsi. — Petra n. 6; contulit Man.

1) quae praecedunt, solus vidi; VIII K non sunt plane certa.


2) sic *m*ELISSAE· scriptum et est et erat (cf. n. XXIV); *m*ELISSAE*i* Petra. — FVSCI Petra; nunc V periit, S media restat.

3) cognominis prima P (aut fort. D), secunda (/) A aut R, ultimae C (vel T), I (an IS?) mihi visae sunt; . . . . . . N'' . . . ᶜI Manio apparuerunt.

IX. triptychi fragmentum 105 ad (75). Paginae 1 et 6 vacuae, p. 2 et 3 et cera nunc prorsus carent, paginae 4 columna signatorum periit (vide imaginem subiectam), in pag. 5 media ceris sigillorum inquinata nihil scripturae restat.




Margo superior tabellae secundae, atramento inscr.
perscri[p]tio — [C. Atullio Euandro]



Pagina secunda.

HS ccIↃↃ IↃↃ ∞ ∞ c;[1]) [quae]
pecunia in [stipulatum]
L. Caecili Iuc[undi venit]
ob auctione[m C. Atulli]
Euandri[2]) [mercede]
minus [persoluta]
habere se dix[sit]
◍ [◍]



Pagina tertia.

◍ [◍]
C. Atullius Eua[nder ab]
L. Caecilio Iucu[ndo].


Act. Pom[p . . . . . .]
M.' Acilio M. [Asinio cos.] p. C. 54

Descripsi et imaginem correxi. — Ed. Petra n. 5; recognovit Mau.

1) fragmentum hoc tam numerorum cx quam numeri ∞ esse potest. Integrum ∞ exhibet Petra.


2) Iu ii ANDRi (*Meandri* legens), itemque v. 9 Iu *liander* non recte Petra, neque aliter Mauius.

X. triptychum circ. 105 ad 120. Paginae 1 et 6 vacuae, in pagg. 2 et 3 cerarum nullae fere reliquiae manserunt, sed in p. 2 litterae in ligno clare cernuntur. Pag. 4 cerata et in dextra columna graphio inscripta. Pag. 5, cuius cerae perierunt, inquinata est sigillorum paginae 4 ceris; in angulo dextro inferiore sigilli vestigia apparent ex eodemque sigillo macula nata in p. 4 angulo dextro superiore cernitur Scripturae in pag. 5 restat nihil praeter v. 1 extr. lineae quaedam lectionis dubiae et in paginae paene imae parte media: ᴀCᴛ////.



Pagina secunda.

HS n. ccIↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ IↃↃ
∞ ∞ ∞ LXXVIIII[1])
quae pecunia in sti-
pulatum L. Caecili
Iucundi venit
ob auctione(m) M. Lucre-
ti Leri[2]) [mer]cede
quinquagesima minu[s][3])
◎ ◎



Pagina tertia.

◎ ◎
numerata habere
se dixsit M. Lucretius
Ler[us] ab L. Caecilio
Iucundo.

Act. Pompeis XI k. Febr.[4]) Ian. 22 p. C. 55
Nerone Caesare
L. Antistio cos.


Descripsi et imaginem correxi. — De Petra n. 8; contulit Mau.

1) est haec summa pecuniae maxima, quam libelli commemorant. Composita videtur esse ex HS 37332, qui ex auctione provenerunt, et mercede quinquagesima i. e. 2%=HS 746,64 sive 747. Vide Mommsenum p. 115.

2) Leri nomen certum est h. l. et v. 11. CARI Petra (neque aliter Mau) h. l., indeque v. 11 reposuit [*carus*].

3) IIIIINVS Petra, sed s abest sive pessumdata sive a librario omissa.

4) FIIBR legendum esse tantum non certum videtur; IIIIART Petra neque aliter Mau.



Pagina quarta, graphio inscripta.

L[a?]e[l]i . . . .[5])
Appule[i Severi]
Lucreti [Leri]
Atulli Eu[an(dri)]
Laeli Pr[in][6])
HVIIIINIIR[7])
Sesti Maxs
. . . .[8])

5) lectio parum certa.
6) PRIN esse puto; PRA . . . Petra.
7) Cf. n. XXIX v. 17. Est *Humner(otis)*, ut videtur. Cum servus in hoc apocharum genere inter signatores fuisse non possit, haud dubium est quin fuerit homo liber; itaque gentilicium neglegentia omissum est.
8) spatium sufficit signatori nono.

XI. triptychum circ. 100 ad 120. Paginae 1 et 6 vacuae sunt. Paginae 2 et 3 cera nunc carent. Pagina 4 cerata et in columna dextra graphio inscripta est; sed cera exceptis versuum 18 et sequentium initiis periit. Pagina 5 cera fere nudata est et signatorum ceris (pag. 4) inquinata; sigilli in pag. 5 vestigium exstat nullum.

Pagina secunda.

HS N IↃↃ ∞∞ ∞ CCCXXVIIS[1])
QVAII PIICVNIA IN
STIPVLATVJIII L CAIICILI
IVCVNDI VIINIT OB
AVCTIONIIJIII PAPINI
PROBI IN IDVS FIIBRVARIAS
PRIJIIIAS JIIIIRCIIDII
JIIINVS *perso*LVTA
HABIIRII SII DIXSIT

Pagina tertia.

L·PAPINIVS PROBVS
AB L·CAIICILIO IVCVNDO

ACT POIIIIPIIIS . . . .[2])
NIIRONII CLAVDIO CAIISARII AVG[3])
IMPIIRATORII L ANTISTIO COS p. C. 55

Pagina quarta, col. dextra, graphio inscripta[4]).

IIPIDI·P. . . . . . .
IIMIIII· I. . R
LSIIC
JIIIII
III
SORI . . . .
POPIDI D? . . . . .
. . . . . . V? . . . . .
///////////////

Pagina quinta autographarie inscripta.

NIIRONII . . . .
. . . .
(in trium versuum spatio reliquiae nullae)
CV[5]) . . . .
. . . .
(hic nihil restat)
. . . .

Recognovi lectionemque priorum pluribus supplevi. — De Petra n. 9; contulit Mau.

1) VIIS (aut fortasse VIIIS) scriptum est, non VII ut priores legerunt.
2) post *Pompeis* sequitur J aut], in fine versus fortasse BR exstant. Lectionem *kal(endis) Febr(uaris)* spatium admittit, sed dubia est. IDVS OCTOBR Petra neque aliter Mau.
3) fortasse est AVGuS(*to*).
4) possunt fuisse tam octo quam novem testes. — Lectio huius paginae admodum difficilis est. V. 15 P altera in columna media posita est. V. 15 solum JIII Petra. — 16 LVIITTI quod admitti nequit Petra. — 18 altera littera incerta est (II Petra, O Mau). — 20 fortasse SORN . . . est; SCRI*boni* Petra; SCRIB Mau. — 21 post POPIDI aut A aut D mihi videor agnoscere; A Petra. — 22 in media parte II Petra, IL Mau.
5) hic versus in pagina media scriptus est.

XII. triptychum fere integrum, 121 ad 143. Paginae 1 et 6 vacuae, 2 et 3 ceratae, sed nunc cera paene tota periit litteraeque in ipso ligno aegre leguntur. Pag. 4 cerata non est. Pag. 5 cerata fuit; in ea quinque vel sex versuum reliquiae non paucae restant, sed parum clarae; in pag. 5 media sub ipsis ultimi versus reliquiis sigilla duo, unum ad sinistrum marginem, alterum mensurae paullo minoris ad dextrum marginem agnoscuntur, quorum vestigia etiam in paginam 4 transierunt.

Margo tabellae secundae, atramento scriptum.

perscriptio — BABINIAE[1]) · SECVNDAE

Pagina secunda.

IS N ∞ ∞ ∞ DCCCCXXXIIII[2])
QVAII PIICVNIA IN STIPV
LATVIIII L · CAIICILI IVCVNDI[3])
VIINIT *ob auct*IONII IIII
BABINIAII SIICVNDAII[4])
IIIIIIRCIIDII IIIIINVS
PIIRSOLVTA HABIIRII
◍ ◍

Pagina tertia.

◍ ◍
SII DIXSIT *Babinia* SIICVNDA
AB L · CAIIC*ilio i*VCVNDO

act. Pomp. . . . . .
NIIRONII CAIIS| *l.*|ANTISTIO *Cos* p. C. 55

Pagina quorta, col. d., atramento inscr.[5]).

C · CVSPI · SECVNDI
Q · APPVLEI SEVERI
Q · ARRI PHILETI
N POPIDI AMARANTI
N HERENNI · CASTI
l. IVNI · CORINTHI
. . HERENNI ANTHI[6])
*p. ae*FVLANI CRYSANTI
. . . . TI · SYNEROTIS
◍ . . QVIN◍TI PRIMI

Pagina quinta.

◍ ◍
NIIRON*e caesare l. anti*STIO *Cos*
(reliqua evanuerunt)

Contuli; paginae 5 reliquias solus vidi. — Petra n. 10; contulit Mau.

1) *Babinae* h. l. et *Babin[ae]* v. 6 Petra; correxit iam Mauius.
2) CCC (pro CCCC) priores non recte. — IIII minus clarae sunt.
3) litteras DI non recte v. 5 principio exhibet Petra, neque aliter Mau.
4) litteras SIIC vidimus Mau et ego.
5) testium numerus exstat integer.
6) ANTHI ex mea lectione accessit.

XIII. triptychum integrum 125 ad 144. Paginae 1 et 6 vacuae. In pag. 2 et 3 et 5 ceratis paene periit cera. Pag. 4 non cerata; in signatorum stria filorum (circiter quattuor) fragmenta restant, quorum unum in nodum desinit. Pag. 5 inquinata est; paullo infra mediam pag. 5 ad ipsum marginem dextrum restat sigillum, cuius vestigium etiam in paginae 4 versu 5 apparent.

Margo tabellae secundae, atramento inscriptus.

*perscr*IPTIO · — MVRTIO · ASCLEPAE[1])

Pagina secunda.

HS N IↃↃ ∞ ∞ XX . . .[2]) QVAII
PECVNIA IN STIPVLATVI*ii*[3])
L CAIICILI · IVCVNDI VIINIT
OB[4]) AVCTIONIIIIII L IIIVRTI[5])
asclepae mercede minus
NV*merat*A HABIIRII
SII *di*XSIT L IIIVRTIVS
◍ [◍]

Pagina tertia.

◍ [◍]
ASCLIIPA · |*ab*|L CAIICILIO
IVCVNDO

act. POIIIIP . . . .
*n*IIRO*n*II CAIISARII
L ANTISTIO VIITII*re* COs p. C. 55

Pagina quorta, columna dextra.

a) *atramento*	b) *graphio in* a
L · LAELI FVSCI	
Q · APVLEI ·[6]) SEVERI	
T SORNI · EVTYCH	
L LAELI TROPHIMI	
. . HOLCO*ni* . . . .[7])	
L IVNI CORINTHI	IVNI
. .[8]) VIBVLLI FELICIONIS	VIBVL
◍ L SESTI ·[9]) CYTISSI	CITISSI[10])

Contuli. — Petra n. 11; contulit Mau.

1) *Asclepa* (vel *Asclepas*), graece Ἀσκληπᾶς nominativus est, non, ut Petra voluit, *Asclepaeus*; simile nomen est *Apella*, Ἀπελλᾶς, cf. Bentleius epist. ad Millium p. 520.
2) fortasse fuit XXXIII vel XXXVI; numeri post XX scripti non sunt prorsus certi.
3) sic Mauius; STIP . . . . . . Petra et ego.
4) OB · vidit Mau; sed punctum dubium est.
5) litterae *l. murti* evanidae sunt.
6) ATVLLI Petra non dissentiente Mauio.
7) circa finem versus vestigium litterae J caudae imae simile vidit Mau.
8) praenomen fuit A (aut M); hoc A// vidi.
9) non recte SELLI Petra non dissentiente Mauio.
10) sic I pro Y h. l. — In parte, quae infra periit, nonus versus scriptus fuisse potest.

XIV. triptychum integrum, 123 ad 146. Paginae 1 et 6 vacuae. Paginarum 2 et 3 et 5 cerae nunc paene perierunt, ut litterarum pars maior in solo ligno servata sit. Pag. 4 non cerata, nunc v. 9 et 10 signatorum ceris liquefactis inquinata. Pag. 5 indidem item inquinata; ea cerata fuit, nunc vero litterarum vestigia in ea pauca restant, quae non leguntur; in pagina media ad sinistrum marginem sigillum alterumque paullo minus ad dextrum marginem agnoscuntur, quorum vestigia etiam in pag. 4 apparent (vide imaginem).

Margo tabellae secundae, atramento inscr.

perscriptio — TIBVRTIO BVTTO


Pagina secunda.

ḤS N CCIↃↃ ∞ CCCLX . . .[1]) QVAII
PIICVNIA IN STIPVLA*tum*
L CAIICILI IVCVNDI VIINIT
OB AVCTIONIIJIII[2]) *p. tiburti*
BVTTI IN . . . .
JIII IIRCIIDII JIII INVS
NVJIII IIRATA *h*ABIIRI*i*

Pagina tertia.

SII DIXSIT *p. ti*BVRTIVS[3])
BVTTVS *ab l.* CAIICILI*o*[4])
IVCVNDO
ACT PO*mpei*S[5]) . . . .
NIIRONII *caes.* L · ANTISTI*o* COS p. C. 55





Pagina quarta, atramento inscr.

Q. Appulei Severi
P. Tiburti Butti
T. Sorni Eutychi
M. Fabi Diadumeni
A. Messi Phronimi
A. Velasi Term[i]ualis
[P.][6]) Sitti Sperat[i]
M. [G]avi Bu . . ae[7])
. . . . . Th . . . s[8])
[L. Cei?] [Qu]arti[onis?][9])

Contuli; marginis et paginae quartae imaginem correxi supplevique. — Petra n. 12; contulit Mau.

1) post X esse potius II aut III videtur quam V aut VI. — ḤS N ∞ ∞ CCCLXV . . . . *quae* Petra; mecum consentit Mauius, nisi quod pro CCC exhibet CCCC (quod admitti nequit) et XV pro XII vel XIII.

2) *auctionem* integrum vidit Mau.

3) haec agnovit Mau; SII DIXIT [sic] *p. tiburtius* Petra

4) litterae LI debentur Mauio.

5) S vidit Mauius.

6) praenominis particula restat, quae litterae P esse potest; P integram exhibet Petra non dissentiente Mauio.

7) reliquias, quas imago repraesentat, agnovi ego; M . . . . . BV . . Petra (omissis vv. 22 et 23), M · IILALI/*t.* (.3–4 l.) BV*m*AE Mau.

8) ex. gr. TH*eon*IS fuisse potest. In hoc versu *n* solum vidit Mau.

9) vidi solus.

XV. triptychum prope integrum, 105 ad 120. Paginae 1 et 6 vacuae. In pag. 2 et 3 cera ex parte servata est. Pag. 4 cerata, sigillorum ceris liquefactis partim inquinata est, maculae latitudine deorsum crescente, ut libellum tum stetisse appareat. Pag. 5 cerata fuit, sed scriptura partim cerae macula pessumdata, partim cera absorpta evanuit; quae restant vestigia (media pagina quattuor versuum partes extremae), legi non possunt. — Ter inscriptus est libellus, diversisque scripturis nunc simul apparentibus factum est, ut lectio tertii instrumenti sit valde impedita nec ubique certa.

Margo tabellae secundae, atramento inscriptus.

perscriptio — AMiCo

Pagina secunda.

HS · N [Iↄↄ ∞ ∞ c]cc[L]xxxx [1])
QVAII PIICVNIA IN
STIPVLATVIIII L · CAIICILI
JVCVNDI VIINIT OB
[AVCTIO]NII JIII N ISTACIDI
[A]III]ICI [2]) IN IDVS
JANVARIAS PRIMAS
*p*IIRSOLVTA · HABIIRII · SII
[◍] ◍

Pagina tertia.

[◍] ◍
*dixsit n. ist*ACIDIVS
A JIIIICVS

ACT POJIIIPIIIS · PR IDVS DIIC — Dec. 12
.... *t.* [3]) CVRTILIO C- — p. C. 55

Pagina quarta, columna dextra, graphio inscripta.

L · LAIILI FVSCI
Q · APPVLIIII SIIVIIRI [4])

N · ISTACIDI AIIIIICI
P · AIIFVLANI CRYSAN
//*grani* · CONIVNCTI
/////////// IIIIINAN [5])
///////////////IPIS [6])

Recognovi. — De Petra n. 7; contulit Mau.

1) quae inclusi, minus certa sunt; pro L etiam C legi licet, sed discerni non potest, utrum haec an illa littera huius instrumenti sit.

2) *am* minus clarae sunt, itaque *a* v. 11; sed de nominis lectione ex v. 16, collata marginis inscriptione, certo constat.

3) praenominis vestigia tam T quam P admittunt; T exhibet Petra. — Prioris consulis reliquias vidi, quae in lectionem CN LIINTVLO quadrant; sed lectio incerta est.

4) post versum 15 unius versus spatium fortasse propterea relictum est, quod cera h. l. non bene renovata erat. Sed res dubia est, cf. adnot. 6.

5) *Menan(dri)*.

6) INI Petra, sed recte IPIS Mau. — Fuerunt septem signatores, quorum tertius videtur esse creditor ipse. Testium senarius numerus cum alibi in hoc instrumentorum genere non inveniatur, fortasse conici licet, periisse septimi testis nomina aut inter v. 15 et 16, ubi nunc spatium vacuum est, aut infra versum 20, si interstitium versuum h. l. paullo angustius erat.

Libellum bis iam antea inscriptum fuisse reliquiae, quae in tribus paginis exstant multae, docent. Eas De Petra parum inter se distinxit.

Pag. 2 legere mihi visus sum:
- in v. 1 D [IVNIO?] SILANO Q HATERIO COS p. C. 53
- in v. 6 extr. NVJIII JIII . . (autographarie ut videtur scripta)
- inter v. 7 et 8 quae Petra legit: *meRcede* IIIIINVS, admitti non posse mihi videntur.

Pag. 3 Petra et ego vidimus haec:
- inter v. 10 et 11 CAIICILIVS IVCVNDVS
- inter v. 11 et 12 ACT POIIIIPIIS
- et infra haec alius exemplaris reliquias has ACTVIIII POIIIIPIIS.

Pag. 4 legi:
- infra v. 14 CAIIC . . . .
- in v. 15 summo M LVCRIITI
- infra v. 15 LIIRJ (litteris IIR minus claris)
- supra v. 16 P TIIRIINTI · PRIIIIII (fort. ultima linea ab his aliena est)
- in v. 16 ACA . . . . .
- infra v. 17 ////IPAPRA (i. e. [*E*]*papra*).

XVI. triptychum 104 ad 128. Paginae 1 et 6 vacnae sunt. Paginae 2 (cuius margo sinister periit) et 3 adhuc ceratae sunt, sed scriptura (quae autographaria est) ex parte periit. Pag. 4 in columna dextra atramento inscripta est, partim nunc sigillorum ceris inquinata. Pag. 5 fere tota inquinata iisdem ceris, in reliqua parte (ad dextrum marginem) paucae litterae restant eaeque lectionis dubiae excepta una B in fine versus 3 sive secundus erat. Sigilli vestigium in perparva parte, quam macula intactam reliquit, adest nullum.

Margo tabellae secundae (pagina 3 sursum, p. 4 deorsum collocatis), atramento inscriptus.

PERSCRIPT — CN ALL*eio nigidio maio*

Pagina secunda.

*cn. allei*VS N*igidius*[1])
. . . . . MI[SV][2]) . . . .
. . . AVCTIONII MIIA[3])
. . SC . . . . . SSII
ab caecilio IV*cundo!*
QVAM AVCTIONIIM[4])
I'IICI IN ID*u*S . . O[5]) . . .
SVP STIPV*l*ATV IIIVS[6])

Pagina tertia.

ACTVM
PO*m*PIIIS
III K IAN — Dec. 30
cn. LIINTVLO GAIITVL*ico*[7]) — p. C. 55
*t. curtilio mancia c*OS

Pagina quarta, columna dextra, atramento inscr.

*c*N ALLE] NIGID] MA]
AI][8]) LOG]
N] · IIITALIONIS[9])
PPoN[10]) SAIu[I ;[11])
*cn allei ni*GID] MA]

Pagina quinta.

(Vide supra, lin. 3)

Lectionem correxi ampliavique. — De Petra n. 50; contulit Mau.

1) versuum 6 et 8 solorum lectio satis clara est. — V. 1 medio VS V Petra et Mau.

2) I vel V est. — Hoc versu II Petra exhibet, RAIII Mau.

3) N in media versus parte exstat. — In hoc versu nihil praeter V Petra legerat, ICAAV Mau.

4) M in caudam longam desinens versum claudit.

5) 6) 7) hos versus legi ego. — V. 9 SVP probabilior est quam SVB.


8) fortasse est *all*AEI (cf. n. LXXXIII).

9) [·VI . . . . Petra, N]·ui Mau.

10) sic Petra (PPON) et ego; PT°N Mau.

11) fort. SATVLL]? — FAV*sti* Petra, SATurI[Mau.

XVII. triptychum 108 ad 122. Paginae 1 et 6 vacuae, 2. 3. 4. 5 adhuc ceratae, 4 graphio inscripta in utraque columna, litteris nunc ex parte evanidis minusve claris, 4 et 5 inquinatae sigillorum ceris. In pag. 5 sub *tabellarum* duo sigilla impressa erant, quorum vestigia etiam in pag. 4 apparent. — Libellus rescriptus est; scripturae prioris reliquias vidi in pagg. 2. 3. 5.




Margo tabellae secundae, atramento inscr.

pe(r)scriptio [1]) L. — Cei Quartio(nis)

Pagina secunda.

HS n. ∞ ∞ DCCXXCVII
quae pecunia in stipulatum L. Caecili Iucundi
venit ob auctionem
[L. C]ei Quartionis
mercede minus numerat(os) [2])
habere se dixsit
Ceius [3]) Quartio



Pagina tertia.

ab L. Caecilio Iucundo.

Ac[t. Pomp.] . . . . . [4])
Cn. Lentulo T. Cur[til]io cos. [5]) p. C. 55

Lectionem a me correctam ampliatamque imaginibus exhibendam curavi; pauca quaedam libello postea inspecto paullo aliter mihi apparuerunt (v. infra). — De Petra n. 36; contulit Mau.


1) R prior omissa est, nisi forte ductu litterae E adiuncto scriptorem E in Ǝ (pro solito ǁ) correctam voluisse statuendum est; non recte PERSCRIPTIO Petra (et Mau).


2) pro T in fine TA Petra (et Mau); vidi TA, sed extremae lineolae incertae sunt et casui deberi possunt.

3) L. CEIVS Petra, non recte addito praenomine.

4) reliquiae, quae h. l. exstant, obscuratae sunt prioris instrumenti vestigiis.


5) CN . . . . COS Petra (et Mau). Ductus, quos imagine exhibui, difficillime reperiendi sed certae lectionis sunt.





Pagina quarta, graphio inscripta.

Q. Appul(ei)	Sev[eri]
Q. Arri	Phil[eti]
T. Sorni	Eut[y]c[hi] 6)
[Sex. Noni?] 7)	. . . . 8)
. . . . 9)	Onesim(i) 10)
. . . .	. . . . 11)
. . . .	. . . . 12)
. . . .	Quart[i?] . . . . 13)
. . . .	. . . . 11)
. . . .	. . . . 14)



Pagina quinta.

[Cn. Lentulo T. Curtilio] cos.
. . . . s
. . . . [sc]ripsi rogatu
[Cei Quartionis] . . . . eum acce-
[pisse ab L. Caecilio Iucun]do HS ∞∞D[CC]XXCVII
ex inte[rrogatione fact]a tabellar[u]m
signataru[m]. Ⓢ Ⓢ 15)

ACTVI| 16) . . .

6) litterarum Y (an V?) et C post delineatam imaginem reliquias has VC vidi.

7) nuper denuo inspecta tabella vidi SIIX NONI, minus tamen certas; SIIX Petra, SIIX POJIII Mau.

8) L . . . . . . Petra (et Mau); reliquiae, quas nuper vidi, cum *Scam(andri)* conveniunt.

9) IVLI admitti nequit; . . V Petra, \ VIIλI Mau.

10) sic lego; AS . . . . . Petra, APOII͜I Mau.

11) versuum 18 et 21 reliquias vidi; v. 18 col. 2 C . . . . . . Petra.

12) in col. 2 L (C?) ΛΛT . . . . . . vidi; V . . . . . . Petra, VI . . . . . . Mau.


13) *Quart[ionis]* spatium capit.

14) huius versus reliquiae incertae sunt. Signatores igitur fuerunt decem aut novem.

15) sigillorum duorum reliquias agnovi ego; ex iis enatae sunt maculae in pag. 4 col. 2.

16) has litteras (non prorsus quidem certas) vidi tabella denuo inspecta. — Ad angulum spectanti dextrum imum quae exstant vestigia, prioris scripturae videntur esse.

XVIII. triptychum mutilum 116 ad 130. In paginis 2 et 5 nihil legitur.



Margo tabellae secundae, atr. inscr.

[pe]rscriptio — Messio Sperato

Pagina tertia.

Versu extremo (supra quem vocabulorum *actum Pompeis* reliquiae exstant) legi dubitans:


CN LIINTVLO . . . . p. C. 55?

Pagina quarta, columna dextra, atr. inscr.

Q. Poppaei Felicis
M. Stronni Secundi
P. Pacci Cerinthi
M. Epidi Stephani
M. Helvi Phoebi
L. Caecili Hermae
M. Helvi Saturnini
P. Terenti Erotis
P. Furi Fortunati
[◎] ◎
A. Messi Sperati

Contuli et imagines correxi. — De Petra n. 77; contulit Mau.

XIX. triptychi fragmentum 105 ad 128. Paginae 1 et 6 vacuae sunt. Pag. 2 et 3 ceratae, nunc dimidiatae, litteras in ipso ligno exhibent truncas parumque claras, partim tam tenues, vix ut summa oculorum intentione reperiri possint. Pag. 4 non cerata est; in cerarum stria filorum reliquiae exstant. Pag. 5 cerata, nunc mutila, litteras (versuum quattuor ultimorum) evanidas in ipso ligno exhibet.



Margo tabellae secundae, atr. inscr.


Perscr[iptio C. Fulvi] — Tyrrheni

Pagina secunda.

[HS n. . . . .]CVIIS [1]
[quae pecunia] in stipula-
[tum L. Caecili] Iucundi
[venit ob a]uctionem
[C. Fulvi Tyrrh]eni in
. . . . primas
[persoluta] habere
[◎] ◎

Legi et imagines pluribus correxi supplevique. — De Petra n. 18; contulit Mau, consentiens excepto v. 19 cum Petra.


1) lectio veri est similis, non certa. — Non recte DCXX Petra, neque aliter Mau.




Pagina tertia.

[◎] ◎
[se dixsit Fulvius Tyrr]henus[2])
[ab L. Caecilio Iu]cundo.

[Actum P]ompei[s].
. . . .[3]) Martia[s] — Febr. aut Mart.
[Q.] Volusi[o] P. Cornelio cos. — p. C. 56







Pagina quarta, atr. inscr.

L. Caltili Iusti
Q. Appulei Severi
L. Corneli Amandi
C. Atulli Euan[t]i[4])
C. Fulvi Tĥyrreni[5])
C. Rulei Hori[6])
L. Ninni Optati
A. Alfi Abascanti
[◎] . . . . i ◎ Festi[7])

2) pro vv. 9. 10 tres versus fuisse statuit Petra (qui h. l. nihil legerat), non recte.

3) reliquiae tam K(*al.*) quam ID admittunt.


4) sic *ti* videtur scriptum fuisse, fortasse librarii errore, siquidem est testis aliunde notus C. Atullius Euander. At *Euandri* spatium non admittit.

5) supra H punctum exstat, fortasse litterae delendae causa.

6) non recte FLORI Petra.

7) [*A. Tettei*], quod proposuit Petra, admitti nequit.

XX. triptychum mutilum 82 ad (72). Paginae 1 et 6 vacuae. Pag. 2 et 3 ceratae, nunc truncae, ab eodem atque p. 5, i. e. a Vestale inscriptae sunt. Paginae 4 restat columna sinistra, non cerata, cum particulis cavi sigillorum. Pag. 5 cerata, nunc trunca. Paginae 2. 3. 5 rescriptae sunt, sed paucissimae prioris scripturae reliquiae supersunt.





Margines atramento inscripti.

1) *tabellae primae:* perscriptio —|
2) *tabellae secundae:* [Vesta]lis [1]) —|

Pagina secunda.

Q. Volusio Saturnino [P. Cornelio cos.] p. C. 56
XIV k. Iulias Vestalis [2]) P[opidiae] ...... Iun. 18
serus [3]) scripsi me [accepisse ab]
L. Caecilio Iuc[undo merce-]
de minus .... [4])
...... [5]) qua[e pecunia in stipulatum]
eius venit [ex auctione]
domina[e meae] .....
.... [6])
[⊚] [⊚]





Pagina tertia.

⊚ [⊚]

Actum Po[mpeis.] [7])

Pagina quinta.

⊚ [⊚]
Chirograpum [Vestalis]
Popidiae [8]) ....
ab L. C[aecilio [9]) Iucundo]
ob mancipia [m?] .....
stipula(tum) [10]) ven. . [ob auctionem]
Popid [11]) ....
......

Descripsi lectionemque meam imaginibus repraesentandam curavi. — De Petra n. 19; contulit Mau.

1) hae LIS, quas solus vidi, videntur in hunc modum supplendae esse; cf. v. 4.

2) VIIS*binus* (?) Petra, VIISTIN Mau.

3) *serus* in *seruos* correctum est. Non est SIIRVS, ut edidit Petra.

4) post *minus* sequitur aut *ob* [*mancipia?*] aut summae numeri.

5) NTNCIIN Petra, *nongen(tos)* interpretans.

6) quid in his ductibus fugienti manu scariphatis lateat, non liquet. Ex. gr. *ocr*|NIILI MA (vel NA) proponi potest.

7) reliqua huius paginae pars vacua relicta est.

8) post *Popidiae* legendumne AM? Eo loco SCR, quod exhibet Mauius (*scripsi* coniecerat Petra), admitti nequit.

9) C priorem vidit Mau; nunc ea pars laesa est.

10) litterae LA minus clarae sunt.


11) quae sequuntur litterae bene conservatae, sed parum distincte exaratae sunt. V. 18 post *Popid(iae)* sequebatur fortasse cognomen eius. V. 19 fieri potest ut neglegenter scariphatum sit ACT(*um*) POM(*peis*).

Prioris scripturae in pag. 5 reliquiae exstant hae:

a) supra v. 13: Q_Volusio ... (fuerat igitur eiusdem anni instrumentum).

b) prima quaeque littera versuum decem, mutilae omnes.

XXI. triptycbum 83 ad 113, cuius tabellae prima et secunda mutilae sunt. Paginae 2. 3. 4. 5 ceratae sunt. Pagina 4 marginem supra columnam dextram solam habet (inferior tabellae pars periit); pag. 4 alia manu atque p. 2. 3. 5 inscripta est. Scriptura paginarum 2. 3. 5 alte incisa est et in ceris adhuc clare legitur. In pag. 5 sigilli vestigium exstat nullum.




Margo tabellae secundae, atr. inscr.

*persc*RIPTIO — *m. all*EIO CARPO

Pagina secunda.


Q. Volusio Saturnino
P. Cornelio Scipione cos. p. C. 56
[VIII] k. Iulias lun. 24
[M. Alleiu]s Carpus scripsi
me a[ccepi]sse ab L. Caecilio[1])
[Iucundo HS] mille trecen-
[tos octoginta] s[e]xs nummo[s]
. . . . iaria[2])
[⊛] ⊛



Pagina tertia.

(periisse unus duove versus possunt)

Act(um) Pompeis.



Pagina quarta, col. dextra, graphio inscr.

M. Allei Carpi[3])
M. Ale[4])
Carp

M. Alle
[M. Al]lei Carpi

Contuli et delineatas imagines correxi; paginae quintae phototypum quoque exemplum addidi. — De Petra n. 20 et (pag. 2) n. 21; contulit Mau. Tabellam primam Petra errore fortuito alii libello (n. 21) tribuerat; correxit Mancinius *Atti della R. Accad. di arch.* XI (Neapoli 1883) part. 1 p. 106 adnot. 4.


1) IO minus clarae sunt.

2) IARIA (non TARIA, ut Petrae visum erat) legendum esse recte viderat Mancinius l. l. Supplendum est [*ex auctione venalic*]*iaria* vel [*lint*]*iaria* vel similiter.

3) v. 11 in summo v. 12 exaratus litteris minoribus fortasse praescriptus erat a librario aliove homine, sicut nomina quaedam signatorum scaripbata occurrunt praeter eadem atramento scripta (ex. gr. n. XIII)

4) *Ale* potius quam *All* aut (ut Petra) ALLII est.





Pagina quinta.

[●] ●

Q. Volusio Saturnino P. Cornelio cos. VIII k. Iul.


M. Alleius Carpus scripsi me accepisse ab L. Caecilio Iucundo SHS[5]) ∞CCCXXCVI[6]) ob auctione(m) me(am) sup stipulatu eius.

Actum Pomp(eis).

5) sic, non HS. Intellege SIIS(*tertios*). Litterae linea sunt traiectae ad notam significandam ex prisco usu in HS semper conservato.

6) recte XXCVI Petra; XXVII ('certum') Mau. — Fieri potest, ut ex auctione provenerint HS 1400, ex qua centesima rerum venalium deducta fiunt 1386.

XXII. triptychum fere integrum 115 ad 144. Paginae 1 et 6 vacuae. Pag. 2 et 3 ceratae litteras bene conservatas in cera exhibent. Pag. 4 non cerata, in columna dextra atramento inscripta, partim sigillorum ceris inquinata est. In pag. 5 olim cerata, nunc mutilata, sigilli vestigium nullum cernitur, sed pars eius paginae maculam traxit ex ceris paginae 4. — Libellus rescriptus est (vide infra).




Margo tabellae secundae, atr. inscr.

perscriptio Histriae[1]) — Ichmadi[2])

Pagina secunda.

HS n. IↃↃ ∞ CCCCLVIS[3])
quae pecunia in
stipulatum L. Caecili
Iucundi venit ob
auctionem Histriae
Ichimadis mercede[4])
minus persoluta



Pagina tertia.

habere se dixsit
Histria Ichimas ab
L. Caecilio Iucundo.

Act(um) Pom(peis) non(is) Nove(mbribus) Nov. 5
L. Duvio P. Clodio cos. p. C. 56


Recognovi imaginesque emendavi. — De Petra n. 13; contulit Mau.

1) nota *Histrius* gentile a peregrino nomine derivatum. Ita ex graeco Eumachii aliique Pompeiani.

2) v. 7 et 10 *Ichimas* scriptum est. Idem nomen habetur in cippo Patavino Corp. V n. 2985 ICMADI (casu dativo). Fortasse huc referre licet Hesychii glossam ἴχματα, ἴχνια.


3) VIS, quod Mau exhibet, certum est, cum eaque lectione consentit etiam v. 29; VII Petra.

4) ultima pro II est, posteriore linea cum priore coniuncta, sicut v. 12 ultima linea litterae IIII (*m*) prioribus adnexa est.



Pagina quarta, col. d., atramento inscr.

C. Numitori Bassi
L. Numisi Rari
A. Vei Attici
D. Caprasi Gobi[onis][5])
L. Valeri Peregr(ini)i
.. Cestili Philod.[6])
[C.] Novelli Fortun(ati)
[A.] Alfi Abasca[nti]
◎ [L.] Cei ◎ Felic[ionis][7])



Pagina quinta.

[◎] ◎
[L. Duvio P. Clo]dio cos.
[non(is) Nove]mbr(ibus)
. . . . [sc]ripsi rogatu
[Histriae Ichimadis ipsi] persoluta
[esse ab L. Caecilio Iuc]undo HS n.
[sex milia quadr]i(n)gentos quinqua-
[ginta sex semi]s ob auctionem,
q[uam servus] eius fecit.

[Act(um) Pom]peis.


5) GODIO Petra, non recte D pro B posita (ut etiam n. LXXXII); O alteram non vidimus Mau et ego.

6) fortasse est Cestilius Philodespotus (n. CI); M. Cestillius (sic) Philodemus habetur n. XLIII.

7) prima tam T quam L legi potest, ultima litterae S similis est; sed haud dubium, quin idem homo sit, qui n. LXXXII memoratur, L. Ceius Felicio.


Scripturae **p r i o r i s** reliquiae, praesertim v. 2—4 extremis (vide imaginem) et v. 3—8 exstant, pauciores in pagina 3. Sed dignoscere potui in pag. 3 infra versum 13 has: ACT POIIIPIIS NoNIS N/// . . . . | . . . . COS.

XXIII. triptychum mutilum 78 ad (92, olim circ. 105). Paginae 1 et 6 vacuae. Pag. 2 et 3 adhuc ceratae. In pag. 4 legi nihil potest. Paginae 5 cera conservata est, sed litteram exhibet nullam; nihilo minus fieri potest, ut pagina fuerit inscripta. In pag. 5 media sigillum exstat, quod si non provenit ex sigillo paginae 4, sed in hoc ipso loco olim impressum fuit (quae res discerni non potest), alterum instrumenti exemplar in superiore paginae 5 parte scriptum erat.



Pagina secunda.

[Q. Volusio S]aturnin[o P. Cor-] p. C. 56
[nelio Scipi]one [cos.]
Iii idus[1]) Novembr. Nov. 11
.......s[2]) Umbriciae[3]) Antiochidis se[rvos]
[scripsi ea]m accepisse ab L. Caec[ilio]
[Iucundo] sestertios nummos sesceutos
[quadragi]nta quinque ob a[u]ctionem
[factam no?]mine . . . .
rebus inpositicis[4]) v . . . .[5])
ex qua summa [accepit numeratos?][6])
◎ [◎]



Pagina tertia.

◎ [◎]
sestertios ducentos [et][7]) arbitria s[estertio]s[8])
viginti et acc[e]ss[ione]s[9]) HS XIII et[10]) minus
HS LI[11]) et hac di[e reli]quos ego
sestertios trec[ento]s sexsaginta
nummos.

Actum Pompeis.

Lectionem emendatam ampliatamque imaginibus exhibui. — De Petra n. 113 cum Barnabeii exemplo delineato in tab. 1; contulit Mau; Mommsen *Hermes* XII p. 135, cf. p. 113 et (ex mea lectione) *Giornale* 1879 p. 109; cf. p. 90.

1) Iii · Idvs · (cum his punctis imagini addendis) scriptum est; non recte Iv idvs Petra.

2) [*Trophimu*]*s* (cf. n. XXIV) spatio admittitur.

3) Iii (pro Iiii) clare legitur tam hoc loco (ubi non recte Iiii Barnabeii tabula) quam v. 16 in *actum*.

4) *lanisticis* Petra, INNISITICIS Mau legerunt; *inpositici(i)s*, quod repperi ego, certum est planeque eadem notione adhibetur Digest. 30, 41 § 11: *canthari, per quos aquae saliunt, poterunt legari, maxime si inpositicii sunt.* Significantur eae res, quae aedibus (tabernis, popinis similibusque, cf. ibid. § 8) non ita inhaerent iunctaeve sunt, ut non sint 'quasi portio aedium' (§ 12), sed distrahi possint.

5) post v superest I, quae linea potest esse pars litterae II. Restituendum igitur videtur *venditarum aedium* (*tabernarum* vel sim.).

6) in fine *ante hanc diem* suppleverunt priores; *numeratos* (?) proponit Mommsenus.

7) 'sermo ut recte procedat, post *ducentos* requiritur *et* pro *in*' Mommsenus; ego *ducentos*, [*in*(?)] proposueram.


8) sic legi et restitui (recepit Mommsenus ed. 2); ARBITRAR*ios* (omissa lacuna quae ante haec exstat) Petra (et Mau). — Fortasse arbitro definiendum erat, quae res inpositiciarum numero habendae essent.

9) ante s restat I litterae II. — ACC*essione* Petra, *acce*[*pt*]*os* coniecerat Mommsen ed. 1. — Accessiones hoc loco ad res venales ipsas (cf. Digest. 33, 8, 2; 34, 2, 19 § 13 et 23 § 1; Plin. n. h. 33 § 5) referri vix possunt, immo videntur esse eae pensiones, quae accessionis vice extra ordinem praeter principales mercedes solvendae erant. Mommsenus haec adnotat: 'Tam *arbitria* quam *accessiones* significent necesse est a venditore praestanda emptori, puta impensae rerum emptarum transportandarum, quas arbitrio quodam definitas esse probabile est, item involucra similiaque emptori necessaria, quae *accessionibus* crediderim significari'.

10) sic lego, ut coniecerat Mommsen ed. 1; [*nec*] Petra.

11) legi potest aut III aut LI, non LII a Petra (et Mauio) receptum. Iam cum quinque pensionibus (200 + 20 + 13 + 51 + 360) efficiantur non 645 (v. 7), sed 644, fractiones in altero calculo neglectae sunt aut alia causa subest (cf. n. VI, ubi si auctione provenisse 3000 et quinquagesimam 60 accessisse sumis, fiunt 3060, cum tamen apocha sit sestertiorum 3059).

XXIV. triptychum fere integrum 79 ad 102. Paginae 1 et 6 vacuae. Pag. 2 et 3 ceratae. Paginae 4 dextra columna sola marginem ceratamque aream habet; in hac area signatorum nomina graphio scripta sunt. Pag. 5 cerata, nunc sigillorum ceris partim inquinata. In pag. 5 quidem sigilli vestigium exstat nullum, sed fieri potest ut sigillum in pag. 2 ima vel p. 3 summa impressum fuerit, id quod conici licet ex macula (v. imaginem). — Scriptura in cera clare legitur.




Margo tabellae secundae, atramento inscr.

[pers]criptio [1]) — Trophimo

Pagina secunda.

L. Duvio Avito P. Clodio cos. p. C. 56
IIII idus Decembr(es) Dec. 10
M. Helvius Catullus scripsi rogatu
Umbriciae Antiochidis eam
accepisse ab L. Caecilio Iucundo
HS VI CCLII [2]) nummos ob
auctionem Trophimi servi
eius mercede minus
◎ [◎]



Pagina tertia.

◎ ◎
[persolutos?] [3]).


Act(um) [Pom]peis.

Recognovi et imagines emendavi. — De Petra n. 14; contulit Mau.

1) litterarum PERS reliquias vidi; *per*SCRIPTIO Petra.

2) VCCCLII Petra (non dissentiente Mauio), item v. 23; sed utroque loco numerus 6252 clare agnoscitur.

3) reliquiae h. l. nullae cernuntur; sed cera in summae paginae parte sinistra nonnihil laesa est, ut ibi litterae lineis tenuibus scariphatae periisse possint. Petra *persolutos* (cf. Corrig. p. 86) v. 9 extremo supplevit; sed eo loco spatium non sufficit, neque ibi ullius litterae vestigium apparet praeter lineolam, quae est *i* longae v. 8 extr. cauda infima.




Pagina quarta, col. d., graphio inscr.

M. Helvi
Catulli
Melissae [4]) Fusci

Fabi Proculi

Umbricia[e]
Antioch(idis)

Catulli




Pagina quinta.

L. Duv[io Avito P. Cl]odio cos.
[IIII i]dus Dece(mbres)
M. Helviu[s Cat]ullus scripsi
rogatu [Umbr]ica [5]) eam accepis(se)
ab Iucu[ndo HS n.] VI CCLII ob
auction[em] Trophim(i) servi
eius m[erc]ede min(us) [6]).

Act(um) Pomp(eis) [7]).

4) sic scriptum est, non *Melissaei*; cf. n. VIII.
5) ICA per errorem pro ICIAII; item errore om. *Antiochidis*.
6) est]IIIIN cum ductu clausulae instar subiecto; non recte]IIIP legit Petra.
7) PO]IIIP (vel PO]IIIPII) cum clausulae ductu; cf. adn. 6; PO]IIIPII IS, quod Petra exhibet, admitti nequit.

XXV. triptychum integrum, 120 ad 140. Paginae 1 et 6 vacuae. Pag. 2 et 3 ceratae. Pag. 4 non cerata, in columna dextra atramento inscripta. Pag. 5 cerata, in media parte ex pag. 4 sigillorum ceris inquinata; in pag. 5 angulo dextro inferiore duorum sigillorum reliquias agnovi, eorundemque vestigia in paginae 4 versibus 16 et 17 mediis apparent.




Margo tabellae, atramento inscr.

[perscriptio] — Umbricia[e Ianuariae] [1])

Pagina secunda

HS n. CCIↃↃ ∞XXXVIIII [2])
quae pecunia in
stipulatum L. Caeci-
li Iucundi venit
ob auctionem
Umbriciae Ianuariae

Eadem pagina phototypice expressa est pag. 310.




Pagina tertia.

mercede minus
persoluta habere se
dixsit Umbricia Ianua-
ria ab L. Caecilio
Iucundo.
Act(um) Pom[p(eis)] pr(idie) id(us) Dec(embres)
L. Duvio P. Clodio cos.

Recognovi lectionemque correxi et supplevi; imagines delineatas ad haec correxi; praeter has addita sunt paginarum 2 et 4 exempla phototypa in pag. 310. — De Petra n. 15; contulit Mau; paginam 5 descripsit Mommsenus, idem libellum edidit *Hermes* XII p. 133 et (numeris ex mea lectione correctis) *Giornale* 1879 p. 106; in opere: Niccolini *case e monumenti* vol. II: *Descrizione generale* tab. LX libellus depictus est Petrae lectione repetita.

1) vocabulorum *perscriptio* et *Ianuariae* reliquias quasdam vidi.


2) pro CCIↃↃ non recte IↃↃ Petra (non dissentiente Mauio); cf. v. 28.



Pagina quarta, col. d., atramento inscr.

Q. Appulei Severi
M. Lucreti Leri
Ti. Iuli Abascanti
M. Iuli Crescentis
P. Terenti Primi
M. Epidi Hymenaei
Q. Grani Lesbi
T. Vesoni Le . . .[3])
◎ D. Volci ◎ Thalli

Eadem pagina phototypice expressa est pag. 310.



Pagina quinta.


◎ ◎
L. Duvio Avi[to[4]) P. C]lodio Thrasea cos.
pr(idie) i[d(us)] Decembr(es)
D. Volcius Tha[llus] scripsi rogatu Um-
briciae Ia[nua]riae eam accepisse
ab L. Caecil[io Iuc]undo HS n. $\overline{XI}$ XXXIX[5])
ex auction[e eius] mercede minus
ex inter[rogati]one facta
tabellaru[m] . . . . ti[6])
. . . . n . . s.
A[ct?] [Pompe?]is. Ⓢ Ⓢ


3) *Levis* Petrae admitti nequit; nec *Lesbi*, quod conieci, videtur probari posse.

4) AVito post tabulam delineatam vidi; Avito Mau.


5) sic clare legitur; > IXXXIX Petra itemque vel (in apographo) $\overline{>}$ CXXXIX Mommsen. Cf. adnot. 2. — $\overline{XI}$ hoc loco iam recte Mau.

6) reliquias versuum 31. 32. 33 solus vidi. Cera, quatenus non obtecta est macula ex pag. 4 provenienti, hic illic absorpta est.





XXVI. triptychum mutilum 112 ad 132. Paginae 1 et 6 vacuae. Paginae 2 et 3 litteras in ceris bene conservatas exhibent, nisi quod in pag. 3 rimae multae et cerarum partes in linearum fulgentium speciem liquefactae nonnihil obscurant lectionem oculosque vexant. Pag. 4 non cerata. Pag. 5 cerata, mutila, ceris paginae praecedentis in media parte nonnihil inquinata; in angulo dextro inferiore sigillum restat, cuius (liquefacti) etiam in pag. 4 v. 16 (et usque ad v. 18 cerae diffluentis) vestigia apparent.




Margo tabellae secundae, atramento inscr.

[pers]criptio — Blaesio Fruct(ioni)

Pagina secunda.

[H]s. n. ϽↃƆ ∞ DCCCLXXV
quae pecunia in
stipulatum L. Cae-
cili Iucundi venit
ob a[u]ctionem
N. Blaesi Fructionis
[◉] [◉]




Pagina tertia.

[◉] ◉
[m]ercede [m]inus
persoluta [h]abere
se dixsi[t N.] Blaesius
Fructio [ab] L. Caecilio
Iucund[o].
Act(um) [Po]m(peis) XV k(alendas) Ianu(arias) Dec. 18
L. Duvio P. C[lod(io)][1]) cos. p. C. 56


Recognovi lectionemque pluribus supplevi correxique; imagines addidi a me correctas. — De Petra n. 16: contulit Mau.

1) *Clodio* omnibus litteris perscriptum non capit spatium.



Pagina quarta, col. dextra, atramento inscr.

L. Fadi[2]) Nep[tun.?]
N. Oppi Felicion[is]
Cn. Helv . . . .
L. V[ett]i Valen[t]is[3])
. .[4]) Cerrini
N. Blaesi Fructioni[s]
N. Verati Aticti
C. Vibi Cresimi[5])
[◉] . . . . . . ◉ . . b . . . .



Pagina quinta.

[◉] [◉]
[L. Duvio P. Clod]io Thrasia[6]) cos.
[XV k. Ian. N. B]lesius[7]) Fructio
[scripsi me accepisse ab L.][8]) Cecilio Iucudo
[sestertios nummos se]x milia otoge-
[ntos septuaginta quinque] ob autione
[mea ex interroga]tione fata
tabellarum si]genataru(m).
[Actu]m Popeis.


VIDCCC[LXXV][9])
Ⓢ

2) non FABI, ut Petra (et Mau).
3) L . . . . . Petra, L· et in fine VALIS Mau, non recte.
4) fortasse L(*uci*). Cognominis vestigia adsunt nulla.
5) sic videtur legendum esse; sed lectionem obscuraverunt maculae aliquot ductibus litterarum similes.
6) sic, non THRASEA ut Petra et Mau.
7) sic BLIISIVS, non BIAIISIVS ut Petra (et Mau).
8) praenominis L particula superest.

9) sic VI, non $\overline{VI}$; sequentibus enim numeris centenariis ambignitas erat nulla. — Ultima numerorum pars sigillo minus caute h. l. impresso obtecta est.

Notandum, quod in parvo hoc fragmento ab ipso Blaesio inscripto tot scripturae hominis parum docti reperiuntur: *Thrasia*, *Blesius* (ipsius nomen), *Cecilio*, *Iucudo*, *otoge*[*ntos*] vel potius *otoge*[*tos*], *autione* (pro *auctionem*), *fata* (pro *facta*), [*si*]*genataru*, *Popeis*; talia ex. gr. etiam in deperdito versus 28 principio exstitisse, ex numero litterarum conici licet.

XXVII. triptychum mutilum 110 ad 134. Paginae 1 et 6 vacuae. Pag. 2 et 3 litteras in ceris bene conservatas exhibent; in pag. 3 cerae particulae quaedam pessumdatae sunt, sed scriptura tamen clare agnosci potest. Pag. 4 non cerata mutila est et inquinata eiusque scriptura fere evanida. Pag. 5 cerata mutila est; in eius angulo dextro inferiore sigilli (liquefacti) reliquiae exstant, cuius vestigia etiam p. 4 infra v. 16 (usque ad v. 18) apparent.




Margo tabellae secundae, atramento inscr.

[perscrip]tio — [Babullio R]oman(o)

Pagina secunda.

HS n. ccIↃↃ ∞ ∞ ∞ ccc xxxvii
quae pecunia in stipula-
tum L. Caecili Iucundi
venit ob auctionem
C. Babulli Romani
in k. Februarias prim(as)
● ●





Pagina tertia.

[●] [●]
[mercede m]inus
persolut[a h]abere
se dixsit C. Babullius[1])
Romanus ab L. Cae-
cilio Iucundo.
Act. Pomp. xv k. Ian. Dec. 18
L. Duvio P. Clodio cos. p. C. 56

Recognovi lectionemque a me correctam et suppletam imaginibus repraesentandam curavi. — De Petra n. 17; contulit Mau.


1) LL h. l. parum distinctae sunt.





Pagina quarta, col. dextra, atramento inscripta.

M. Lorei . . . . . .[2])
L. Aemili Celeris
N. . . . . lis[3])
M. Fabi [T]erminali[s][4])
. . . . . . Primog(enis)
. . . .
(duo tresve versus deesse possunt)



Pagina quinta.

[L. Duvio P. Clodio cos.]
[xv k. Ian.]
. . . . [scripsi] rogatu
[Babulli Romani eu]m accepisse
[ab L. Caecilio Iucun]do HS n.
[XIII milia trece]ntos triginta
[septem ob au]ctionem
[eius ex interro]gatione[5])
[facta tabellarum sig]na[tarum].
[Act. Pompeis.]

XIII CCC XX[XVII][6])

2) post LOREI litteras SV exhibet Mau, quae mihi admitti non posse videntur; fortasse fuerunt AE aut DE.


7. Ernestus ECK *Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Band IX, romanistische Abtheilung*, Weimar 1888, p. 60—97, cum additamentis ex MAVII epistula (scr. Pompeis 27 Iun. 1888) p. 151—152. Exhibuit p. 62—67: n. CLIV p. 2. 3. 5 et n. CLV p. 2. 3 ex Petra *Notizie* et Mommseno. Idem commentario docto et luculento demonstravit, quod Gradenwitz primus coniecerat (*Bull. di dir. rom.* I p. 164, cf. Eck p. 72), libellum n. CLV mancipationem continere fiduciae causa factam ad idemque negotium pertinere atque cautionem crediti triptycho n. CLIV perscriptam. Absoluto commentario cum uti posset iis, quae Scialoia (supra n. 3) et Alibrandius (n. 4) exposuerunt, ex his, quae opus essent, in adnotationibus memoravit. — In fine n. CLV paginas 2 et 3 restitutas exhibuit.
8. Ios. TARDIF *Nouvelle revue* II (1888) p. 832—835 Eckii, quam supra memoravimus, sententiae adstipulatus est; ipse iam p. 477 similitudinem inter n. CLV et Baeticam emptionis fiduciae causa factae formulam intercedere recte observaverat.
9. Iulius DE PETRA *Atti della R. Accademia di archeologia, lettere e belle arti* vol. XIV (1889—90), Neapoli 1890, p. 17—33, tab. I et II, qui fasciculus anno 1888 seorsus prodiit. Exhibuit n. CLV paginas 1. 2. 3. 4 et marginis inscriptionem, addens in tabellis lithographis I et II imagines delineatas P^1. P^2. P^3. P^4. P^m, praeterea triptychi n. CLIV paginas 1. 2. 3. 4. 5. Ea prima est omnium paginarum editio, solita diligentia a viro de tabellis ceratis optime merito procurata. — In auctario (p. 31—33) Eckii commentarium memoravit eiusque supplementa libelli n. CLV p. 2 et 3 exhibuit.
10. In opere NICCOLINI *Case e monumenti di Pompei*, vol. IV, *nuovi scavi* p. 42—44 libelli n. CLIV (p. 1—5) et n. CLV (p. 1—4) repetiti sunt ex Petra *Atti* (supra n. 9) sine ullo usu nostro.
11. Victorius SCIALOIA *Bullettino di dir. rom.* I anno 1888, ed. Romae 1889 p. 205—227 et tabulis I. II denuo exhibuit n. CLV p. 1. 2. 3. 4 et marginem, usus Eckii (n. 7) et Petrae (n. 9) commentariis. Archetypa ipse inspexit (p. 206). Ex tabulis I et II Petrae (*Atti*) imagines paginae 4 (P^4) et paginae 1 cum margine (P^1. P^m) recudendas curavit. Reliquias, quae nunc in n. CLV pagina 3 supersunt, descriptas ex Petrae tabula I exhibuit p. 213.
12. Theodorus MOMMSEN et Otto GRADENWITZ in editione sexta libri: Fontes iuris romani antiqui ed. C. G. BRVNS, Friburgi in Br. 1893, p. 291—293 libellos n. CLIV (p. 2.3.5) et n. CLV (p. 2. 3 cum margine) exhibuerunt.

CLIV. triptychum repertum una cum n. CLV, infra mutilum, latum 140 mill. In pagina 1, quae levigata est, atramento inscripta est posterior pars summarii, cuius priorem columna sinistra paginae 4 exhibet. In paginis 2 et 3 marginatis et ceratis exemplar interius graphio exaratum est. In pagina 4 levigata atramento inscripta sunt in dextra columnae signatorum nomina, in sinistra, ut dixi, summarii initium. In pagina 5 marginata et cerata exemplar exterius graphio scriptum est vel certe erat. Marginis superioris incisuram vel, quod adesse propter n. CLV probabilius est, foramen ad linum sigillorum inserendum non memoraverunt editores.

Pagina secunda.

HS N ∞ LD 1) ARGIINTV[III
PROBV[III RIICTII DAR[
STIPVLATA IIST DICIDI*a*
[IIIARGARIS SPOPONDI*t poppea*
PRISCI LIBIIRTA NO*te*

Pagina tertia.

ACTV[III POIIIPIIIS VIII 2)....
L IVNIO CAIISIINNIO PAIITO
P CALVISIO RVSONII COS p. C. 61

Pagina quarta, columna dextra, atramento inscripta.

stria si-gil-lo-rum	. . . . R I . . .
	. . . .

Pagina quarta, columna sinistra, atramento inscripta

transversa scriptura.

stria sigillorum
. . . .
. . . .
. . . . M
. . . . . . O
. . . MI . . .
. . . F . . .

1) notam L contra regulam ad subtrahendum numerum adhibuisse librarium monuit Mommsenus *Hermes* 23 p. 159, cf. 22 p. 604.

2) VII. Petra *Notizie*. — Probabile est fuisse *VIIII kal.....* sicut n. CLV v. 34.

Pagina prima, atramento inscripta.

. . . .
N'MI
POPPAEA *pris*C]
I DICI*d*IA

ACTVM POM*p*. . . . .
l. IVNIO *caesennio paeto p. calvisio* p. C. 61
RV*son*E *cos*

Pagina quinta.

]III
RI[3)
ACTV]III PO]IIIPIIIS

3) RI] Petra *Notizie*; *re* Mommsenus, *rim* Scialoia p. 15 proposuerunt.

Paginas 2. 3. 5 solas edidit Petra in *Notizie degli scavi* 1887 p. 419; paginas 1—5 idem anno 1888 ed. in *Atti d. accad. di archeol.* XIV p. 24; cf. p. 21 adnot. 1. — Paginas 2. 3. 5 ex Petra p. 419 exhibent Mommsen *Hermes* XXIII p. 159, Scialoia *Bullett. di dir. rom.* I p. 14—15, Tardif *Nouvelle Revue de droit* XII p. 474, Eck *Zeitschrift der Savigny-Stiftung*, vol. IX, *romanist. Abth.*, p. 66—67, Niccolini *case e monumenti* vol. IV, *nuovi scavi* p. 44, denique Mommsen et Gradenwitz in Brunsii Fontibus ed. 6 p. 293.


Est cautio sestertiorum 1450 ab Poppaea Note numerandorum Dicidiae Margaridi, scripta eodem anno et, ut probabile est et Mommsenus coniecerat, eodem die, quibus instrumentum n. CLV; id earundem quoque mulierum est, ut tamen Dicidia Margaris in illo n. CLV emptrix, in hoc creditrix, Poppaea Note in illo venditrix, in hoc debitrix sit.

CLV. triptychi tabellae prima et secunda, infra (i. e. si paginas 1. 2. 4 spectas) mutilae. Tab. I nunc alta est ad 113 mill., lata 183; tab. II (cuius tamen, cum curvata sit et fracta, mensurae verae vix possunt exigi) nunc alta est ad 123, lata ad 162; olim tabellae altae erant circiter 140 (Scialoia p. 216), latae 183 (Petra *Atti* p. 18) vel paucis millesimis latiores (Scial. p. 206 et 216); post paginae 2 lineam primam (v. 2) marginis dextri vestigia supersunt (Petra *Atti* p. 18), in imagine P^2 non expressa. Cum his convenit primum quod post versum 2 nihil scripturae deesse ex contextu patet et quod foramen supra litteram II nominis NOTII exstans mediam fere latitudinis partem prodit. Ea autem cum ab sinistro margine exteriore 92 mill. absit, secundum imaginem 184 millesimarum latitudo efficitur. — In margine superiore tabellae I atramento scriptus est index libelli, continuatus fuisse videtur in tab. II ac fortasse in III, quae periit, nam in tab. II reliquias agnovit Scialoia p. 218. — In superiore margine tabellae I foramen exstat ad immittendum linum, quo in sigillorum stria obsignato exemplar interius clauderetur; tabellae II autem pars superior eo loco mutila est et utriusque tabellae inferior margo, in quo quin alterum foramen exstiterit dubitari nequit, periit totus. De Petra in commentariis suis (in *Notizie*, *Rendiconto*, *Atti* editis) illud foramen plane non commemoravit, unde seductus Scialoia p. 211 adesse negavit; sed ab utraque tabellae I parte superiore clare etiam nunc apparere ipse vidi atque in Petrae imagine tertiae quidem paginae (P^3) recte expressum est; in paginae autem 2 imagine (P^2) cum omissum esset, iam addendum ipse curavi. De hoc genere foraminum vide quae dixi in praefatione huius Supplementi. — In pag. 1, quae levigata est, summarii in pag. 4 coepti posterior pars inscripta est atramento; quamobrem infra post paginam 4 exhibetur. Paginae 2 et 3 marginatae et ceratae exemplar interius graphio scriptum proponunt; librarius inde a v. 12 usque ad v. 35 minoribus litteris scripsit, ut tamen ad versus 32—35 scriptura paullo minus angusta usus sit (vide ad v. 12). Pagina 4 non marginata, sed levigata est; striam sigillorum excavatam, qua carent diptycha omnia, ex triptychis nullum, habet in parte vel ipsa media vel fortasse paucis millesimis sinistro margini propiore, quae res propter tabulae II condicionem, quam significavi, accuratius definiri nequit. In dextra columna signatorum nomina atramento scripta erant, quorum reliquiae supersunt; in sinistra item atramento, sed transversa scriptura summarii exarata est pars prior; de posteriore vide supra ad paginam 1.

A



P³



Margo tabellae primae, atramento inscriptus.

(Imaginem P^m vide infra ad pag. 1)

tab. I: firmata (?) [f]enorum (?) scriptio (?)[1])
tab. II: . . . .

Pagina secunda.

◉[2])
Popp[a]ea[3]) Pr[i]sci[4]) liberta Note[4a]) iuravit pueros Simplicem
et Petrinum, sive ea mancipia alis nominib[us]
sunt, sua esse seque possidere neque ea mancipia
ali[5]) ulli obligata esse neque sibi cum ul(l)o[5a]) com[munia]
esse eaque mancipia singula sestertis num[mis sin-]
gulis Dicidia Margaris emit ob seste[rtios n. ∞OLD[6]) et]
mancipio accepit de Poppea Prisc[i[7]) liberta Note]
tutore auctore [D.][8]) Caprasio[9]) A[mpliato][10])
libripende in singula P. C[11]) . . . . [an-]
testata[12]) est in si[ngu]la . . . .
Poppea[13]) Prisci[14]) lib. No[te][15]) . . . .
uti ea manc[ipia][16]) . . . .

(pauca desunt aut fort. nihil)[17])

[◉] [◉] [◉]

Paginam 2 in archetypo anno 1889 recognovi, anno 1897 descripsi ex imagine photographica, quam pag. 410 recudendam curavi (*A*). — Paginam 3 Mauius descripsit solus; idem marginem nobis recognovit et de aliis locis nonnullis quaedam cum Eckio communicavit.

Paginas 2 et 3 solas edidit De Petra *Notizie* 1887 p. 417 (= pag. 3 ex Mauii apographo) et p. 419 (= p. 2) cum exemplo *p* in pag. 418. — Inde Mommsen *Hermes* 23 p. 157—158; Scialoia *Bull. di dir. rom.* I p. 7 et 13 cum exemplis *p* et *m* in pag. 8 et 9; Alibrandi *Bull.* I p. 16 = *opere* I p. 541 (de pag. 3 sola disputans). — Easdem paginas iterum tractavit Petra *Rendiconto* 1888 p. 49—51. Prioribus usi ediderunt Tardif *Nouvelle Revue* XII p. 372 sq. et Eck *Zeitschr. für Rechtsgesch.* IX p. 62—65. 96—97 cum additamentis Mauii p. 151 sq., unde iterum Tardif p. 832—835.

Paginas 1. 2. 3. 4 omnes cum margine primus edidit Petra *Atti* XIV p. 22 sq. cum imaginibus $P^{m. 1. 2. 3. 4}$ in tabulis I et II. — Inde Niccolini vol. IV *nuovi scavi* p. 42 sq., Scialoia *Bull.* I p. 218—221 cum imaginibus $P^{m. 1-4}$ ex *Atti* repetitis; Mommsen et Gradenwitz in Brunsii Fontibus, ed. 6 p. 292 sq. (solas paginas 2 et 3 cum margine).

1) FIRMATA- - - FOENORVM SCriPTIO Petra *Atti* p. 23 (addens p. 28: *sicure sono le prime due parole*) itemque Scialoia *Bull.* I p. 218. 224; at *foenorum* scriptura ab antiquitate abhorret; FEN. scriptum est vol. VIII 9052, 8, FAEN. Elog. 5 in vol. I ed. 2 p. 189. — FIDVCIA ET FOENORVM SCRIPTIO inspecto archetypo proposuit Gradenwitz *Bull. di dir. rom.* II p. 122. Quam coniecturam a me consultus Mauius ex Neapoli 16 Aug. 1889 rescripsit sibi non probari, nam satis clare adhuc legi: FIRMAIA ·ENOΛVM SCΛIPTIO [littera P cursiva (ut in imagine P^m)], quod tamen admitti non posse Mommsenus censet, qui proposuit *firmata duorum puerorum scriptio*; id enim tolerari posse in titulo facto ab iuris non perito vel non perita. — CAVTIO (pro SCRIPTIO) recognita tabella legit Scialoia *Bull.* II p. 271, praeterea primi vocabuli lectionem certam esse negans. — In secunda quoque tabella in margine exstare scripturae reliquias, quae tamen legi nequeant, testatur Scialoia *Bull.* I p. 218.

2) foramen, quod a prioribus omissum addidi imagini P^2, in archetypo ipso clare cernitur.

3) duplex scriptura exstat, qua lectio ita obscurata est, ut dubium relinquatur, utrum POPPAIIA an POPPIIA agnoscendum sit. Ad alteram (priorem, ut videtur) scripturam pertinere videntur POPIDI — sive *Pop[i]di..* fuerunt (*Poppidia* Scialoia p. 218) sive *Poppaea* et ipsa — propterea denuo exarata, quod hunc versum ante ceteros procurrere maluit librarius.

4) PRSICI scriptum est, *i* longiore ex correctura sed non suo loco inserta. Eodem errore, id quod sane mireris, versu 12 eiusdem nominis S inter *pr* et *i* inserta habetur; cf. adnot. 14.

4a) nomina Note et Dicidia exemplo videntur carere. Fortasse scripta sunt pro Nothe et Decidia.

5) N prius legerat Petra *Notizie*, unde [*vel u*]*num* coniecerat Mommsenus dubitans. Sed ALI potius legendum esse, agnovit Petra *Rendiconto* p. 50 et *Atti* p. 24 (probante Tardifio p. 472) itemque archetypo denuo inspecto Mauius, quod receperunt Eckius p. 152 et Mommsenus cum Gradenwitzio in Brunsii Fontibus ed. 6 p. 292. Id omnino verum esse ex archetypo intellexi anno 1889; post has litteras vidi interpunctionem certam. — Eandem formulam exstare Digest. XX 1, 15 § 2 monuit Scialoia *Bull.* I p. 223.

5a) *nule* (i. e. nullae) exstat n. 1261; alia vide in Indice p. 257 col. 2.

6) summa ∞OLD hoc loco ex n. CLIV v. 1 supplenda est auctore Eckio.

7) litteras PRISC Petra vidit et imago photographica exhibet; anno 1889 cum inspexi archetypum, litterae PR ex parte, ISC totae perierant.

8) D potius quam A esse mihi videtur (D Petra *Notizie* p. 419, A Mommsen eumque secutus Petra *Atti* p. 22; cf. Scialoia I p. 212. 218, qui vidit). Caprasiorum ipsa haec duo praenomina novimus et sola.

9) CAPRASIO imago phot.; CAPRASO· apographum Petrae p. 418, errore fortuito (cf. Scialoia apud Eckium p. 77); correxerunt Scial. p. 8 et Petra *Atti* tab. I, quae a nobis repetita est.

10) A[imago phot.; anno 1889 perierant. Cognomen fuisse Ampliatum versus 48 docet.

11) P C / Petra et imago phot.; linea / anno 1889 perierat.

12) [*an*]*testata* restituit Mommsenus p. 158.

13) versuum 12—35 litterae sunt minores, sed versuum 32—35 scriptura paullo largior est. Cf. praeter imagines a nobis expressas Petra *Rendiconti* p. 49 (qui tamen versus 12—35 ab libripende exaratos esse statuit parum probabiliter), idem *Atti* p. 18, Scial. I p. 208. 220.


14) PRSICI scriptum esse agnovi a. 1889; S inserta est postea, sed loco falso (cf. adnot. 4). Non recte PRISCI Petra; littera S in archetypo supra paullo magis curvata est dextrorsus quam in Petrae imagine.

15) LIB·NO*te* Petra edidit *Not.* p. 419 et *Atti* p. 22. Litterae B·NO deinde perierunt (Petra *Atti* p. 24), itaque tam ab apographo *p* quam ab imagine P^2 absunt; N in imagine phot. apparet.

16) ·VTI·IIAIIIIA in imagine phot. agnovi; litterae N (in *manc*) anno 1889 tertia quoque hasta perierat.

17) ex paginae 2 ima parte paullo plus periit quam ex paginae 3 parte summa. Mensuris subductis hoc loco periisse posse tres versus coniecit Petra *Atti* p. 30, tres quattuorve Scial. I 217. Quae coniectura si vera est, non probabile est in fine huius paginae vacuum spatium relictum esse ab librario, cum is ab versu 12 minore scriptura uti coeperit (Petra secundum hanc opinionem supplementa versuum trium proposuit *Atti* p. 30). Sed Mauius non amplius unum vel fortasse nullum versum periisse inspecto archetypo statuit apud Eckium p. 152.

M



P³



Pagina tertia.[18]

[◉] [◉] [◉]

⁝⁝⁝⁝[19] . . . .
did[i][20] . . . .
m[u]t[ua][21] pro duobu[s mancipiis] . . . . [o-]
mnis mihi (h)ere[dive meo] . . . .
...su...at[22] si ea pecun[ia] . . . .
k.[23] Novem(bribus) primis solu[ta] . . . .
ea mancip[ia i]dibus [Decemb. primis] . . . .
Pompeis i[n] foro luce pa[l]a[m][24] . . . .
tibi eg[o] neve heres m[eus][25] . . . .
a si mi...[26] de dolo malo ea ve . . . .
tatur.
Si quo minoris e[a] mancipia [q.] d. [a.][27] venie[rint][28] . . . . . .
cem d[e]bebun[t]u[r] mih[i][29] (h)erediv[e meo] . . . .
[Quodsi pluris] ea mancipia q. d a.[30] veni[erint] . . . . . .
. . . . . a . . . . [e]red . . . .
[e]a[31] pecun[ia] . . . .
ntique[32] ea mancipia sumtu inp[e]nsa per[iculo][33] . . .
id mihi tecum[34] convenit[35] [ut] . . ⁝⁝ . . . [Dicidi-]
a Margaris[36], Poppea [P]risci[37] lib. Note tuto[r D. Caprasius Ampliatus.]
Supra h(a)ec inter eas converun[nt][38] . . . .
inter se sunt. Act. Pompeis[39] IX k[al.] . . . .
L. Iunio[40] Caesennio [Paeto] P. Calvisio Rusone cos.[41] p. C. 61

[◉]

18) imagines a nobis additae sunt 1) Mauii apographum (*M*) et 2) delineatum exemplum a Petra editum, quod post iacturam paene totius scripturae delineatum est, *Atti* tab. I (*P*³).

19) ⁝⁝⁝⁝ postea cum Scialoia detexit Petra supra litteras DID in fragmento cerae (cf. infra in adnot. 20), litterae llu (i. e. *m*) fuisse coniiciens p. 31. Idem hunc versum initium eius paginae fecisse statuit *Atti* p. 30, itemque Scialoia *Bull.* I p. 220 iudicavit. Mauius litteris ad Eckium 27 Iun. 1888 datis versum 14 primum fuisse posse censuit; v. apud Eckium p. 152.

20) Scialoia et Petra fragmentum cerae a ligno separatum, sed eorum iudicio huc haud dubie revocandum repperernnt, in quo DID clare legitur (non FID, quod Eckius coniecerat); cf. *Atti* p. 24 et *Bull.* I p. 214. — Post DID ex Mauii apographo tam I quam dimidiata II vel V legi potest.

21) lectio non est prorsus certa (vide *M*); *mit ea* Petra, Alibrandi, Scialoia; Eckii coniectura *mi ea[dem]* a traditis longius videtur recedere. An *m[u]tua* fuit? Mutua est pecunia, quam Dicidia Poppaeae fenore (v. 1) dederat.

22) videntur esse vel esse posse: A (P), T, I (mutila A, V, O), S, V, II mutila N), F (P, T?), I (O), A, T; *[s]atisve f[i]at* Alibr. p. 16, Scial. p. 218. 120, Petra p. 22; *[redemtus liber]|atusve erit* Eck. Temptari fortasse licet *[redem]|pta sunto. At si ea* et q. s. — Mommseni supplementa vide (pag. 416.

23) litterae |ĸ hasta inde a versu 17 deducta est.

24) tertia L est aut mutilata supra G; quinto loco prima hasta litterae |ĸ aut |II, non autem N legi potest. PAGAI Petra *Notizie*, unde *pagan* Mommsen, *paga* Scial. p. 13, *pagan[is praesentibus]* Eck (cf. p. 90), cum tamen expectemus aut colonos solos aut colonos et paganos memoratos esse. Probabilius *pala[m]* Alibrandius (qui p. 18 contulit ex tabula Bantina v. 17 'palam, luci, in forum vorsus' et v. 24 'palam, luci'), idque Scialoia I p. 219. 220 recepit. Adde ex lege repetund. 38 'palam apud for[um]', 65 et 66 'apud forum palam' et ex lege Iulia munic. v. 37 'in foro palam'.

25) sic restituerunt Alibr. p. 16 et Eck p. 92; IIGI·et |III| exhibet Mau.

26) *a si mi*... vel *a simi*... cum Mauio videtur legendum esse. Eckius *si me[cum] de dolo malo ea ve[nditione commisso lis contes]tatur* supplevit; Mommsenus, *de dolo malo* pro *dolo malo* admitti posse negans, ad sententiam certe recuperandam temptavit haec: *si mi[nus in]de dolo malo ea ve[nditione redactum esse pu]tatur.*

27) sic emendavi; vide adnot. 30.

28) restituit Alibrandius.

29) *d[e]bebun[t]u[r] mih[i]* restituit Mommsenus.

30) ADA priores legerunt, quarum litterarum explicationem hanc *ad a[stam]* temptavit Alibrand. p. 17; cf. Eck p. 94 et (ubi proxime aberat a vero) p. 93 not. 3; *alii* coniecit Karlowa *röm. Rechtsgesch.* II p. 378. At prima in Mauii apographo (*M*) potius Q legenda esse mihi videtur, itaque non dubium est, quin sit formula nota *q(uibus) d(e) a(gitur)*. Cf. tab. cerat. Dacic. vol. III p. 941 et 959 (= Bruns, fontes ed. 6 p. 288 et 290); donatio Fl. Syntrophi vol. VI n. 10239 vers. 5 et 6 (= Bruns p. 297). Iam vero easdem notas restituendas arbitror etiam versui 25, ubi D | D vel (Alibr. p. 17) D D Mauii apographum legentes priores interpretationem frustra quaesiverunt (cf. Eck p. 77 et 93). Sic ⁞ ∂ | ∂ exhibet Mauius (cuius secundum quoque apographum vide seorsus positum supra ad dextram): ibi in lacuna Q periisse coniicio; post D insequentem littera | a librario linea deletili traiecta est; quarta littera in tanta formarum similitudine (cf. adnot. 8) facile D pro A legi poterat. Itaque hanc formulam supplevi etiam in versibus 16 et 20 (vide p. 416).

31) prima videtur II esse.

32) VTIQV nunc restant; vide Petrae imaginem a nobis repetitam (*P*³).

33) NSA PIIR Mau; ubi infra PIIR restant summae partes duarum litterarum, ex versu sequenti prominentium, ex. gr. S S (vix S C), sed lectionis omnino dubiae; hi ductus sic NSA PIIR ab Petra *Notizie* p. 417 typis et NSA PIIR *Bull.* I p. 9 in exemplo ad Mauii apographum charta lucida transcripto redditi sunt, utroque loco reliquiis illis per errorem huic versui additis (cf. Mau apud Eckium p. 152); recte sub PIIR collocavit (sic ᵀᶜ) Petra *Atti* p. 22. Mauius, qui huius paginae reliquias, sicut primum ab officialibus compositae erant, descripsit (cf. Petra *Atti* p. 20), separatum hoc fragmentum vidit post versum 32 iacentem. Sed eum locum non esse verum eo probatur, quod quae praecedunt verba non continuantur; nam quod Mommsenus ingeniose proposuit corrigendum esse IVS APIIR i. e. *[Capras]ius Aper*, admitti non posse post lectam paginam primam (v. 48) apparuit, requiritur enim *tutor auctor* — vel solum *tutor* — *[D.] Caprasius Ampliatus.* Quod autem Mitteis in Symbolis Pragensibus 1893 p. 128 coniecit fragmentum supplendum esse *[me]nsa persc[ribetur]* collocandumque versu 29, nititur litteris SC, quae, ut dixi, dubiae lectionis ac certe non hoc loco scriptae sunt. — Omnino vero probabilis est Alibrandii p. 19 sq. coniectura, fragmentum adiungendum esse versui 30 et sic restituendum, ut supra exhibui. Ei assensi sunt Petra *Rendiconto* p. 30 et *Atti* p. 25, Tardif p. 472 et 833, Scialoia p. 214. De verbis 'sumptus', 'impensa', 'periculum' cf. Alibrandius p. 20.

34) |IIIIHI·I I| nunc restant; vide imaginem *P*³.

35) verbi *convenit* particula IIN (vel NIT) nunc restat. Hasta \, quam Mauius deinceps exhibet, I aut mutila II vel V esse potest. De duabus lineolis, quae post lacunam restant, vide adnot. 33.

36) IIARG nunc restant.

37) litterae SC restant.


38) verborum *eas converu[nt]* litterae S CO restant. — Pertinent haec ad cautionem, quae triptycho n. CLIV continetur.

39) particula PO|IIPIII superstes est.


40) L. Caesennio Paeto etiam Iunii nomen fuisse ex his tabellis didicimus; cf. v. 58 et n. CLIV v. 7.

41) hoc COS in exemplo *m* non recte post versum 34 exhibetur. Immo Mauius (qua de re postea Scial. I p. 212 et Petra *Atti* p. 25 recte monuerunt) schedulae spatio post *Rusone* deficiente hoc *cos* superius quidem depinxit, sed ad versus 35 finem revocandum esse indicavit per lineolam, quae in imagine nostra photographica apparet.


P^k



P^l



P^m



Pagina quarta, columna dextra, atramento inscripta.[42]

[◉]

. . . Sex[ti A]mpli[ati]

. . [V]oco[ni] . . . .
A. Mem[mi] . . . . . .

[◉]

Pagina quarta, columna sinistra, atramento inscripta
transversa scriptura.

Poppaea Prisci [lib. Note] iura[v]i[t pueros Sim-]
plicem [e]t Pet[rinum sive ea mancipia]
alis no[minibus[43]) sunt sua esse seque]
possider[e] ne[que ea mancipia ali ul-] [◉]
li ob[lig]a[ta esse] . . . .
man[cipia] . . . . [se-]
ster[tis nummis singulis ob sestertios n. MLD et]
mancipio [accepit de Poppaea]

Pagina prima, atramento inscripta.

Prisci li[b. N]ote tutore auct[ore D. Caprasi-]
o Amp[liat]o
librip[end]e in singula . .[44]) . . . . [an-] [◉]
testa[ta est in] singula t . . . .
die . . . . . . ced. faci . . f . .[45]) . . . .
pr. . . . .
u[tiqu]e ea mancipia sum[tu inpensa pe-]
[riculo]que [tuo] sint . . . .
. . . . . n . . . unt pa[c]t[a] . . . . . .
◉
. . . nt

Act(um) P[ompeis IX kal. . . .]
L. Iunio Caesenn[io Paeto P. Calvisio]
Rusone [cos.] ! [◉] p. C. 61

42) Paginarum 4 et 1 marginisque imagines additae sunt P^4. P^{1m}.

43) NO[IIIinibus Petra *Atti* p. 23; sed litterae *m* forma [III ab hoc scripturae genere abhorret.

44) SINGVLA|I servata sunt.

45) FACI··FOI Petra *Atti* p. 23.

Petra primum edens tabellas I et II duobus eas instrumentis tribuendas esse putavit, priori tabellam II, posteriori tabellam I, quamobrem illam *A*, hanc *B* signavit. Sed Mommsenus *Hermes* 23 p. 158 eiusdem esse libelli coniecit, cum pari eas mensura esse pactumque ab iisdem personis de iisdem mancipiis factum continere observasset. Id unice verum esse mox tabellis accuratius examinatis Petra (*Rendic.* p. 49 et *Atti* p. 19), Scialoia (p. 208), Mau (apud Eckium p. 151) intellexerunt demonstraruntque. Mensurae enim, licet in secundae lacero curvatoque statu bene exigi nequeant, certe non obstant ei opinioni, lignum vero ipsum ambas ex eodem caudice findendo factas esse clare docet et summarium tam incipit (in pag. 4) quam desinit (in p. 1) iisdem verbis quibus exemplar interius in paginis 2 et 3 perscriptum. — Non autem diptychi (ut Mommseno visum erat, antequam pagina 4 a Petra descripta esset), sed triptychi esse tabellas, recte Petra (*Atti* p. 18) propterea statuit, quod pagina 4 striam ad sigilla recipienda excavatam habet, quae in diptycho exstat nullo. Quod autem summarium in paginis 4 et 1 scriptum est, non abhorret a triptycho, cum idem factum sit in libello n. CLIV, in quo praeterea exterius exemplar in tabella tertia exaratum est (cf. Petra *Atti* p. 21). Quae Petrae ratiocinatio omnino certa est, et sine iusta causa de ea re dubitasse videtur Scialoia I p. 210.

Subieci paginas 2 et 3 cum supplementis, quae Eckius p. 96 sq. proposuit sed, sicut ipse praefatus est et per se patet, non quo ipsa verba antiqua ubique reddi possent, sed ut instrumenti tenor, qualis fere ex ipsius commentario fuisse posset, lectori melius repraesentaretur. Ea, quae nunc aliter legenda vel restituenda esse visa sunt, immutavi, versus 13—18 et 23 et 25 secundum supplementa Mommseni.

pag. 2 Poppaea Prisci liberta Note iuravit pueros Simplicem
et Petrinum, sive ea mancipia alis nominib[us]
sunt, sua esse seque possidere, neque ea mancipia
ali ulli obligata esse neque sibi cum ul(l)o com[munia]
esse, eaque mancipia singula sestertis num[mis sin-]
gulis Dicidia Margaris emit ob seste[rtios n. ↀD et]
mancipio accepit de Popp(a)ea Prisc[i liberta Note]
tutore auctore D. Caprasio A[mpliato]
libripende in si[ngu]la P. C . . . . [an-]
testata est in singula . . . . . [Dicidia Margaris cum]
Popp(a)ea Prisci lib[erta Note pactum fecit in hunc modum:]
uti ea manc[ipia . . . .]
[quae Poppaea Prisci liberta Note mihi ven-]
pag. 3 did[it, ita ei restituantur, ut antea pecunia]
m[u]t[ua] pro duobu[s mancipiis q(uibus) d(e) a(gitur) o-]
mnis mihi (h)ere[dive meo solvatur vel ad me ut rede-]
at usu ve[ni]at. Si ea pecu[nia omnis mihi heredive meo]
k. Novem(br.) primis solu[ta non erit, ut mihi heredive meo liceat]
ea mancip[ia q. d. a. i]dibus D[ecembr. primis pecunia praesenti]
Pompeis in foro luce pala[m vendere, neve]
tibi eg[o] neve heres me[us teneamur proptere-]
a, si mi[nus in]de dolo malo ea ve[nditione redactum esse pu-]
tatur.
Si quo minoris e[a] mancipia [q.] d. [a.] venie[rint, deducto pretio in sortis vi-]
cem d[e]bebun[t]u[r] mibi herediv[e meo quae reliqua erunt.]
[Quod si pluris] ea mancipia q. d. a. veni[erint, id quod super-]
[fluum erit, reddetur tibi h]ered[ive tuo] . . . .
ea pecunia . . . .
Utique ea mancipia sumtu, inp[e]nsa, peri[culo tuo exhinc sint]
id mihi tecum convenit u[. . . . . Dicidi-]
a Margaris, Popp(a)ea [P]risci lib. Note, tuto[r auctor D. Caprasius Ampliatus.
Supra h(a)ec inter eas converneru[nt, quae separatim pactae]
inter se sunt. Ac[t.] Pompeis IX k. . . . .
L. Iunio Caesennio [Paeto] P. Calvisio Rusone cos.

Inter hos libellos duos una repertos iisdemque consulibus conscriptos, qui instrumenta ab iisdem mulieribus inter se pacta contineant, Mommsenus *Hermes* 23 p. 159 probabiliter coniecit conexum aliquem intercessisse. Isque mox repertus est. Venditionem enim mancipiorum, ad quam n. CLV spectat, non veram sed imaginariam esse fiduciae causa contractam animadvertit Gradenwitz *Bull. di dir. rom.* I p. 164, demonstravit Eck l. l. p. 72 sq. Eo igitur pacto firmatur pecuniae (*mutuae*?, n. CLV v. 16) fenore (v. 1 ?) datae cautio, quae continetur triptycho n. CLIV. — Contra hanc sententiam disputavit Karlowa *röm. Rechtsgeschichte* II p. 378. 573, cui tamen editio omnium paginarum, quam Petra in *Atti* curavit, nondum nota erat; eam probavit Tardif l. l. p. 834, qui et ipse iam similitudinem his libellis cum mancipatione fiduciae causa facta, cuius formula in Baetica reperta est (Bruns n. 110), intercedere monuerat.

SVMMARIVM.

Libelli n. I—CLIII, quibus apochae Iucundianae continentur, quomodo ad haec instrumenta recipienda instructi sint, supra in praefatione exposui. Iam hoc summario de instrumentis ipsis per capita disserendum est, i. e. de eorum generibus, de singulis formulis aliisque rebus, quae memoratu dignae esse videantur. De triptychis duobus vel, cum ad idem negotium pertineant, triptychorum pari n. CLIV et CLV supra iam suo loco dictum est; pauca, quae praeterea opus essent, in hoc summario memoravi.

I. ANNI INSTRVMENTORVM.

Exceptis libellis I et II, qui annorum p. Chr. 15 et 27 sunt, ac fortasse n. III, qui utrum anno 52 an 33 tribuendus sit nescitur, omnes, quotquot temporis notam superstitem habent, annorum sunt 52—62 eosque annos singulos continua serie testantur. In nulla tabella vestigium exstat temporis posterioris; cuius rei causam Mommsenus *Hermes* XII p. 90 inde repetendam esse recte censuit, quod arca has tabellas continens non anni demum 79 exitio, sed iam terrae motu, qui 5 Febr. 63 Pompeiorum parti ruinam intulit, obruta est. Etiam triptycha n. CLIV et CLV, quae ex alia oppidi parte provenerunt, hoc anno 63 antiquiora sunt; id tamen utrum mero casu factum sit necne, in ambiguo relinquemus.

Elenchum libellorum, in quibus temporis nota restat, secundum annorum ordinem institutum infra subieci.

numerus	annus	mensis et dies
I	15	Mai. 28
II	27	Nov. 27
III	52 (an 33?)	. . . . . .
IV	52	Mart. 31
CXXXVIII	53	Mart. 14
CXXXIX	53—58?	Febr. (?) . .
V	54	Mai. 10
VI	54	Mai. 29
VII	54	Mai. 29 aut Iun. 28
VIII	54	Maio extr. aut Iunio
IX	54	. . . .
X	55	Ianuar. 22
CXLVIII	55	Dec. 6
XV	55	Dec. 12
XVI	55	Dec. 30
XI	55	. . . .
XII	55	. . . .
XIII	55	. . . .
XIV	55	. . . .
XVII	55	. . . .
XVIII	55?	. . . . . .
XLIII	55—60	. . . .
XLIV	55—60	. . . .
XIX	56	Febr. aut Martio
XX	56	Iun. 18
XXI	56	Iun. 24
XLVI	56?	Sept. 3
XXII	56	Nov. 5
XXIII	56	Nov. 11
XXIV	56	Dec. 10
XXV	56	Dec. 12
XXVI	56	Dec. 18

numerus	annus	mensis et dies
XXVII	56	Dec. 18
CXLIX	56—57	. . . .
XXVIII	57	Ianuar. 13
XXIX	57	Ianuar. 26
XXX	57	Ianuar. 26?
XXXI	57	April. 1
XXXII	57	Apr. 7
XXXIII	57	Iun. 23—27
XXXIV	57	Iul. 27
XXXV	57	Aug. 5
XXXVI	57	Sept. 9—10
XXXVII	57	Sept. 17
XXXVIII	57	Sept.—Oct.
XXXIX	57	Nov. 18
XL	57	Dec. 23
XLI	57	Dec.? (Sept.? Nov.?)
XLII	57	. . . .
CXLV	58	Ian. 5
CXLI	58	Febr. 19
CXLVI	58	Iun. 6—12[1])
CXLII	58	Aug. 14
CL	58	Sept.—Dec.
CXLVII	59	Iun. 18
CXLIII	59	Iul. 10
CXLIV	60	Mai. 8
CLII	61—62	. . . . . .
CLI	62	Ian. (II?)
XLVII	. . . . .	Febr. 13
XLV	. . . . .	Aug. 27
L	. . . . .	Dec. 5

1) v. 11 enim scribendum videtur: . . . . *i[d]us I[un]ias.*

II. DIPTYCHA, TRIPTYCHA.

Diptycha habentur haec: n. i. iv. l. lxiv. cxxii+cxxiii. cxxiv? cxxv? cxxxviii. cxxxix. cxl. Reliqui libelli triptycha sunt vel erant, nisi quod fragmenta haec n. xliv. cxxi. cxxvi. cxxvii. cxxxv utri generi tribuenda sint discerni iam nequit.

III. FORMVLAE INSTRVMENTORVM.

Formularum, quibus hae apochae conceptae sunt, genus est duplex.

A. Prioris generis exemplar est hoc, quod ita exhibui, ut ea, quae non semper sunt addita, uncis ⟨ ⟩ includerem.

HS n. ∞ ∞, *quae pecunia in stipulatum L. Caecili Iucundi venit ob auctionem L. Titi ⟨in kal. Febr. primas⟩, mercede ⟨quinquagesima⟩ minus, persoluta*[1]) *habere*[2]) *se dixsit L. Titius ab L. Caecilio Iucundo.*

Actum Pompeis XV kal. Ianuar. L. Duvio P. Clodio cos.

A quo exemplo quadamtenus differt, licet conceptione magis quam ipsa re, instrumentum antiquissimum, a ceterorum serie annis XXXVII distans n. i, quod est huius modo:

HS n. dxx ob mulum venditum M. Pomponio M. l. Niconi, quam pequniam in stipulatum L. Caecili Felicis redegisse dicitur M. Cerrinius Euprates[3]),

Eam pequniam omnem, quae supra scripta est, numeratam dixit se accepisse M. Cerrinius M. l. Euphrates ab Philadelpho Caecili Felicis ser(vo).

Actum Pompeis v k. Iunias Druso Caesare C. Norbano Flacco cos.

Ea exempla — excepto hoc antiquissimo ab Caecilio maiore vel potius eius servo exarato — omnia eandem manum ostendunt, quae non dubium est quin sit Caecilii Iucundi eiusve amanuensis. In n. lvii pag. 2, quae ad summam ab Fabio (Agathino? cf. n. v) nomine, ut videtur, Caecilii Iucundi solutam spectat, consentaneum est aliam manum agnosci. Item fortasse iudicandum est de triptycho mutilo n. lxxi et diptychis mutilis n. cxxii+cxxiii et n. cxxiv, quippe quae formulam non chirographariam, manum tamen a Iucundiana diversam exhibeant; in n. lxxi periit quidem interius exemplar, sed non fuisse chirographum, ex numero signatorum patet.

B. Alterum genus conceptum est in hunc modum (cf. n. xxiv):

L. Duvio Avito P. Clodio cos. iiii idus Decembr. L. Titius scripsi me[4]) *accepisse ab L. Caecilio Iucundo HS $\overline{VI}$ cclii nummos ob auctionem meam*[5]) *mercede minus ⟨ex interrogatione facta tabellarum signatarum⟩.*

Actum Pompeis. ⟨ $\overline{VI}$ *cclii* ⟩

Municipales apochae ab hac formula eo discedunt, quod summos coloniae magistratus a principio, consules in fine scriptos exhibent, secundum hoc exemplum (v. n. cxli):

Sex. Pompeio Proculo C. Cornelio Macro ii vir. i. d. xi k. Mart.

Privatus coloniae ser. scripsi me accepisse ab L. Caecilio Iucundo sestertios mille sescentos quinquaginta duo nummos ob fullonicam ex reliquis anni unius.

Act. Pom. Nerone Aug. $\overline{III}$ M. Messalla cos.

Id apocharum genus 'chirographum' appellatur n. xx. lviii. lxiv. cxviii. cxli. cxlii. cxliii. cxliv, in eoque ut homines ita scripturae characteres variant. In his libellis, in quibus tam interius quam exterius exemplar (de quibus infra dicetur) chirographarium est amboque restant, n. xx. xxi. xxiv. xxx. lviii cum utrumque exemplar eandem manum exhibeat (nisi quod in n. xxx exterius fugienti stilo exaratum est), contra in n. xxxiii Speratus et in n. xlv Varus exterius ipsi non exaraverunt; item in apochis municipalibus Privati, quae formula chirographaria utuntur sola, excepta hac una n. cxlvi, omnibus (cxli—cxlv. cxlvii) exterius exemplar aliam manum, scilicet vicarii, prodit aut (n. cxlvii) videtur prodere.

Medium quodammodo inter formulas *A* et *B* locum tenet in n. xvi scriptura interior, quippe quae, cum chirographaria sit (cf. v. 8 *feci* et in pag. 4 sigilla quinque), consules tamen in fine subiectos habeat, id quod sollemne est in *A*, in formulae *B* autem non reperitur nisi in iis apochis, quae municipales sunt, cum eae, ut dixi, in capite instrumenti coloniae potius eponymos collocent. Itaque formulae contaminatae videntur esse; sed accuratius de n. xvi iudicium excluditur lacero libelli statu. — Similiter per neglegentiam in n. xxxiii chirographo admista est verbalis forma: *A. Me*[*ssius*] *Speratus scripsi me acepise . . . ex aution*[*e*] *mea merced*[*e*] *minus abere m . .* (fort. inchoatum *me*) *se dix*(*it*) *A. Mes*(*s*)*ius Speratus ex aucti*[o]*ne.*

Tam in diptychis quam in triptychis bina exemplaria scripta sunt vel (ut in diptycho n. i, ubi vide quae adnotavi) bina scripta fuisse putandum est. Praeterea tres libelli hi n. ii. v. xlix in quarta pagina in columna sinistra alterum formulae *A* exemplar atramento conscriptum exhibent, nec propter ea, quae ad n. ii et xlix dixi, dubitari vix potest, quin in quinta pagina exterior scriptura ad formulam *B* concepta exstiterit, ut idem statuendum esse videatur de n. v, cuius tabella tertia periit. Ea res, quae etiam in Auctarii triptychis n. cliv et clv observatur, inde fortasse repetenda est, quod eo tempore, quo chirographis Pompeiani primum uti coeperunt, praeter exterius exemplar in pagina 5 exaratum, cum id interius non repeteret sed diversam negotii confirmationem aut solam epitomen exhiberet, interius exemplum ad formulam *A* conceptum extrinsecus repetere in pagina quarta praetulerunt, praesertim cum ex usu Romano, ut probabile est, antea semper extrinsecus scriptura interior repetenda fuisset. Similiter triptycha n. cliv et clv, in quibus tamen alius generis instrumenta insunt, scripturam interiorem licet in brevius contractam repetunt in paginis 4 et 1; exterior, quam in pag. 5 scriptam fuisse probabile est, cum tabella tertia periit.

Cum maximi momenti sit varios modos cognoscere, quibus formulae duae adhibitae sint, quaeque eius rei vicissitudo annorum progressu evenerit, elenchum tam secundum annos quam varios formulas coniungendi modos digestum subieci. In quo elencho diptycha quae sint, adscripsi, reliqua sunt triptycha; adesse exterius exemplum (in diptychis in pag. 4, in triptychis in pag. 5 scriptum) significavi signo +, interius in n. ii. v. xlix in pag. 4 repetitum (v. supra) addito vocabulo 'et'; exempla nunc deperdita punctis . . indicavi; praeterea quaedam, quae inferius demum demonstrata erunt, hic iam praecepta sunt: scilicet 1. interius exemplar iam deperditum, ubi ex solo sigillorum in pag. 4 numero (sive quinario maior est sive non est) aut formulae *A* aut *B* tribui, signavi minore *a* vel *b*, 2. exterius exemplar deperditum, ubi chirographum fuisse ex solo sigillo supposito conieci, minore *b* signavi.

---

[1]) vel *soluta* vel *numerata* vel *numeratos.*

[2]) vel *accepisse.*

[3]) Ita haec explicanda esse *sestertios nummos quingentos viginti, quam pequniam — dicitur Euprates, eam pequniam — dixit* Mommsenus censet.

[4]) vel *scripsi rogatu Umbriciae Antiochidis eam* vel *L. Titii servus scripsi me.*

[5]) vel *eius.*

anni p. Chr.	A + B	A + . .	A et A + B	. . + B	B + B	B + . . aut (a. 60) B et B + . .	. . + . .
15		I dipt.					
27			II (A et A + b)				
52 (an 33?)						III	
52				IV dipt.			
53					CXXXVIII dipt.		
inter 53 et 58?					CXXXIX dipt. (b + B)		
54	VII. VIII (b?)	IX	V (. . et A + . .)		VI (B + [b?])		
55	X. XI. XII. XIII (b). XIV (b). XVII	XV			CXLVIII	XVI	
55?		XVIII (a)					
55—60	XLIII (b)	XLIV					
56	XXII. XXV. XXVI. XXVII	XIX			XX. XXI. XXIII (B+[b?]). XXIV		
56?	XLVI						
56—57				CXLIX			
57	XXVIII. XXXII. XXXIV. XXXV. XXXVII (b). XXXVIII. XXXIX. XL	XXIX. XXXI		XLI. (XLII, aut B + . .)	XXX. XXXIII	XXXVI. (XLII, aut . . + B)	
58					CXLI. CXLII. CXLV. CXLVI	CL	
59					CXLIII. CXLVII		
60						CXLIV (B et inchoatum B + . .)	
61—62						CLII	
62					CLI		
annor. incertor.	XLVII (b?). XLVIII. LI (b). LII (b). LIII (b). LIV (b). LV (b). LVI. LVII. LXI (b). LXV. LXVI (b). LXVIII (b). LXIX. LXX. LXXI. LXXII (b?). LXXIV (b). LXXV. LXXVII (b?). LXXVIII (b). LXXXI (a + b). LXXXVI (b?). LXXXVII (a + b). XCVIII (b). CI (a + b). CIII (a + b). CIV (a + b). CVI (a + [b?]). CVII (b). CX (a + b). CXIII (a + b). CXIV (a + [b?]). CXV (a). CXVI (a + b). CXVII (a + b). CXXX (a + [b?])	LIX. LX. LXVII. LXXIII. LXXVI. LXXXII (a). LXXXIII (a). LXXXIV (a). LXXXV (a). LXXXVIII (a). LXXXIX (a). XC (a). XCI (a). XCII (a). XCIII (a). XCIV (a). XCV (a). XCVI (a). XCIX (a) C (a). CII (a). CV (a). CVIII (a). CIX. CXI (a). CXII (a). CXIX. CXX. CXXI. CXXII/III dipt. CXXIV (dipt., ut vid.). CXXV (dipt., ut vid.). CXXIX (a). CXXXI (a). CXXXII (a). CXXXIII (a)	XLIX (A et A + b)	LXIII. LXXIX (b.). CXXXVI	XLV. L dipt. ([b?] + B). LVIII. LXIV dipt. (b + index)	LXII. XCVII (b + . .). CXVIII (b + . .). CXXVI (B? + . .). CXL dipt. (B? + . .). CLIII (b + . .)	LXXX. CXXVII. CXXVIII. CXXXIV. CXXXV. CXXXVII

Ex elencho supra scripto patet, numquam formulam A vel ad ambo exemplaria vel ad solum exterius adhibitam esse, paria igitur huius modi $A + A$ et $B + A$ exstare nulla; in triptychis n. II. v. XLIX videri fuisse $A + A + b$ supra p. 418 dixi. Unde hoc sequitur aut (ut in his n. II. v. XLIX) extrinsecus repetitum esse secundum antiquiorem usum interius formulae A exemplum subiecto tamen in sequenti pagina chirographo formulae B, aut exterius exemplum conceptum esse secundum formulam B solam; ad hoc igitur genus pertinuisse probabile est plerosque omnes columnae secundae libellos, in quibus secundum exemplum nunc periit ($A + ..$). — Antiquissimus libellus, in quo formula B intus adhibita exstat, est n. III, qui tamen utrum anno 52 an fortasse 33 tribuendus sit incertum est; primum certi anni exemplum praebet diptychum n. CXXXVIII, coloniae apocham anno 53 scriptam continens. — Formulae A usus desinit anno 57; cuius tamen rei causa ea potest esse, quod Iucundus inde ex eo tempore ab auctionibus procurandis sive coactionibus argentariis factitandis abstinebat, nam posteriores libelli municipales sunt apochae omnes, ad hoc autem genus iam inde anno 53, ut modo vidimus, formula B adhibita est, cum formula A in eo nusquam exstet. Et in triptychis certe anni 61 n. CLIV et CLV, quae non sunt Iucundi, interius exemplar non est chirographarium.

Duo haec apocharum genera differunt etiam signandi modo, de quo cum singula infra cap. V et VI exposita sint, hoc loco breviter rei summa commemoranda est.

Interior scriptura, ut eius fides intacta conservaretur, tam in diptychis quam in triptychis lino circum tabellas primam et secundam voluto et in pagina 4 obsignato claudebatur; unicuique sigillo nomina signatoris adscribebantur; si opus erat instrumentum ex hoc authentico exemplari recognoscere, coram iisdem testibus vel certe maiore eorum parte lino rescisso tabellae aperiebantur. Iam in Iucundi libellis interior scriptura, si ad formulam A concepta est, septem aut pluribus (usque ad undecim), si ad B, non amplius quam quinque sigillis (in n. CXLVIII duobus scribentis solius) clausa est. — Praeterea in exemplis formulae B aliud accedit a me observatum, chirographa subsignata esse omnia exceptis libellis generis $B + B$, in iis enim posterius sive exterius chirographum sigillo caret. Ac plerumque signum impressum est semel, videlicet ab apochae auctore; bis autem, ubi apocha vel a servo ipsius vel ex mandatu ab alio homine exarata est, aut ubi apochae auctores sunt duo. Eius rei ratio facile, ut opinor, intellegitur. Creditoris enim intererat cavere, ne adulterinum chirographum supponeretur et suae amanuensisve manui dolo malo tribueretur; quaedam enim chirographa, quae tamen secundaria generis $B + B$ exempla sunt, non ab apochante ipso (quamvis 'scripsisse se' testante) exarata esse supra vidimus. Sed debitoris quoque interfuisse consentaneum est, ut sigillo creditoris impresso sibi confirmaretur, chirographum vere ab illo profectum esse. Itaque vis chirographi non tam in scripturae characteribus quam in subsignatione posita erat. Et constat sigilli apud veteres plane eandem, quae postea nominis subscriptioni autographae tribui coepta est, auctoritatem fuisse, ita ut is, cui quis anulum signatorium tradidit, ipsius vice fungendi ius adquireret; *anulis nostris plus quam animis creditur* sunt verba Senecae benef. 3, 15, quae et ipsa spectant ad pacta conventaque signis impressis custodienda. Ex Plauto Fridericus Schoell mihi enotavit haec: Curc. 346 seqq. 423. 550, Amph. 421. 774 sq. 787, Bacch. 327—330. 789. 984—986, Cas. 144, Pseud. 986. 998 seqq., Trin. 788—790. 808, Vidul. 105. Cf. Cicero ep. ad Q. fr. I 1, 4 § 13 et Ulpianus Digest. XXVIII 1, 22 § 2 et 5. Nominis solius subscriptio veteribus ignota erat; quae apud eos exstant subscriptiones, sunt potius testationes, quibus scribens rem gestam confirmat et se instrumentum probare declarat, velut in papyro Aegyptiaca anni p. Chr. 166 v. 23 seqq., de qua Schulten *Hermes* 32 (1897) p. 273 disseruit[1]), et in donatione Statiae Irenes anni 252 (Bruns, fontes[6] p. 296). Cf. Bruns *Die Unterschriften in den römischen Rechtsurkunden* in Actis academ. Berolin. 1876 p. 41 seqq. = *Kleinere Schriften* II p. 37 seqq.

[1]) v. 25 sic potius legendum est: *ita uti s(upra) scr[i]ptum est.*

Formula B 'chirographum' vocatur, sed alterius (A) appellatio a tabellis non memoratur, nam illa, quae est 'perscriptio', tam ad hanc quam ad illam pertinet. Inter utrumque genus haec maxime differentia intercedit, quod formula A concepta est in verba: 'persolutam habere s e d i x s i t pecuniam, quae in stipulatum Iucundi venit', contra in apochis B creditor ipse loquitur hoc modo: 's c r i p s i me accepisse.' Illa igitur professio est rei gestae per vocem nuncupata sed deinde in scripturam collata, eaque dubitari nequit quin usu Romano iam prisca aetate recepta fuerit, quippe quae antiquitati illi, qua permulti homines litteras nescirent, maxime conveniret. Chirographi autem usus peregrinus erat, quem Romani Graecis acceptum rettulisse vocabulum ipsum arguit, sed iam Assyriis notum fuisse scimus. — Num ab Romanis ipsis repertum sit tabellas ceratas ad instrumenta in hunc modum adhibere, ignoratur, sed non dubium est quin ab initio utrumque libellorum exemplar iisdem verbis conceptum fuerit, exterior igitur scriptura interiorem iteraverit, ac certe tam tabellae Dacicae saeculo secundo quam veteranorum diptycha per duo fere saecula hunc morem conservatum esse testantur. Procedente tamen tempore cautius visum est, cum interius exemplum quamvis clausum corrumpi a falsariis posset, instrumenti incolumitatem et fidem eo augere, ut ad exterius exemplum adhiberent chirographum, quippe quod, licet apertum esset, fidem tamen per se ipsum praestaret. Interiorem enim scripturam filo et sigillis non prorsus munitam fuisse a fraudibus inde patet, quod Neronis temporibus (anno 61 ut videtur; vide Praefationem) senatus consulto cautum est, 'ne tabulae' — quas antea summo imoque marginibus ad filum inserendum incidere solebant — 'nisi pertusae ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur'. Is chirographi usus, per se hominibus Graecanicis Italiae inferioris acceptus, cum probatus esset experientia, postremo interiorem quoque scripturam occupavit, ut tamen claudendi et obsignandi modus a Romanis legibus praescriptus quadamtenus conservaretur. In libellis ita institutis, ut utrimque continerent chirographum ($B + B$), exterius exemplar interdum brevius summarii instar conceptum est, ut non hac formula *scripsi me accepisse* sed vocabulo *chirographum* usus sit apocharius (n. XX. LVIII. LXIV. CXLII. CXLIII), in n. CXLIII dies, in n. CXLII dies et verba *solutio rei publicae ob* et q. s. praecedant. In his duobus libellis scriptura exterior ab summario, quod inscriptum est paginae sextae, parum differt; in diptycho n. LXIV adeo ad titulum brevem redacta est. Praesertim autem hoc proprium est eius generis libellis ($B + B$), quod plane diversam signatorum rationem exhibent. Iam enim in iis non septem pluresve, sed non plures quam quinque obsignaverunt vel potius non plura quam quinque sigilla imposita sunt, nam apocharius vel certe apochae scriptor plerumque binis locis et in n. CXLVIII adeo solus, ut videtur, anulum suum impressit; atque eius sane maximi intererat cavere, ut chirographum suum interius bene clausum alteri parti traderetur, de qua re vide infra p. 432.

De natura formulae A MOMMSENVS *Hermes* XII p. 106 seqq. disseruit acceptilationem ea contineri statuens, quae coniectura, si quid video, unice vera est. Contra BRVNSIO *Zeitschrift für Rechtsgesch.* XIII p. 364 = *Schriften* II p. 321 visa est formula illa (ut in Fontibus ed. 6 p. 314 ait) 'id negotium significare, quod in Cod. VIII 42, 14 describitur: *Pecuniae solutae professio* [i. e. *coram testibus facta confessio*] *collata instrumento*, quae *gestae rei probationem continere* dicitur; idem igitur est, quod saepe in tabulis Transsilvanicis occurrit verbis: *dixit se accepisse, fatetur se locasse* cet.' — De qua controversia cf. Henricus BRVNNER *zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde* I (1880) p. 44 seqq., ERMAN *zur Geschichte der röm. Quittungen und Solutionsakte* (Berolini 1883), HRVZA in *Zeitschrift für das Privat- und öffentliche Recht* 12 (1885) p. 249, KARLOWA in eadem ephem. 4 p. 502 et in *röm. Rechtsgeschichte* I p. 799 seq., qui Brunsium recte refellit.

IV. ARGVMENTA LIBELLORVM.

Iam singula persequamur, quae ad argumenta libellorum singulasque formularum partes spectant.

Debitor, qui pecuniam solvit, in tabellis praeter paucas infra significatas omnibus est L. Caecilius Iucundus, qui ut coactor argentarius sive coactor exactionum sive coactor (vide Mommsenum p. 97) aliorum mandatu auctiones factitabat vel vectigalia coloniae Pompeianorum conducebat. Posterioribus annis prius illud quaestus genus videtur omisisse, nam tabellae annorum 58—62 ad vectigalium negotia per-

tinent sola. — In n. v M. Fabius Agathinus nomine L. Caecilii Iucundi pecuniam solvit, idemque statuendum est de instrumento n. LVII mutilo; contra in n. CLI cum debitor sit idem M. Fabius Agathinus, eius nomine solvit coloniae servo Iucundus. — In antiquissimo libello n. I potius [L.?] Caecilius Felix debitor est, cuius Iucundus haud dubie heres aut fortasse filius fuit. Felicis iussu solvit Philadelphus servus eius.

Creditores vel certe apocharios, i. e. eos qui apocham scripserunt scribendamve curaverunt, consentaneum est alios fere occurrere in aliis libellis ad auctiones pertinentibus. Ii cum in Indice nominum propriorum compositi sint cuncti et ab signatoribus ceterisque hominibus distincti, hoc loco superest commemorare haec quae sequuntur. Plures creditores sive auctionis auctores sunt in his apochis: heredes N. Nasennii Nigidii Vacculae n. VI, P. Alfenus Pollio de(curio?) (et) N. Eprius Nicia n. XLV, A. Hordionius Philostorgus et M. Fabius Chryseros n. XLVIII, N. (et) N. Ninnii Calvus (et) Iustus n. LXX, socii (?) n. LXXVII. — Creditrices habentur hae: Babinia Secunda n. XII, Caesia Optata XXIX, Caprasia Zoe (?) LXXX, Equitia Psamathe (Samate) XLIII, Hilara LX, Histria Ichimas (Ichmas) XXII, Lydia Tyche (Lidia Tuche) LXXXVIII, Popidia ...... XX. LVII, Tullia Lampyris XL, Umbricia Antiochis XXIII. XXIV, Umbricia Ianuaria XXV, ... sia Pyrallis LXXII, ... XXXIV. — Creditor peregrinus est Ptolemaeus, Masylli filius, Alexandrinus n. C. — Servi, qui domini dominorumve iussu apocham scripserunt (*) vel scribendam curaverunt (**), sunt hi (mutilas, quae utrius speciei fuerint nescitur, hoc † distinxi): **Abascantus Caesaris Au[g. Phi]lippianus servus XXX, †Anthus Melissaei XCIII, *Anthus Ninniorum duorum LXX, †Chryseros Caesaris Narcissianus CI, †Eros sociorum (?) LXXVII, *Nymphius L. Iunii Aquilae servus VII, *Prepon Corneliae, Saturnini (uxoris) LXII, *Salvius heredum N. Nasennii Nigidii Vacculae servos VI, *Vesbinus Vibidii Verani CXVIII, *Vestalis Popidiae servos XX, *...... Umbriciae Antiochidis servus XXIII. — Auctionem L. Iunii Aquilae fecit Nymphius, servus eius, idemque extrinsecus apocham (*B*) scripsit n. VII, Umbriciae Antiochidis auctionem fecit Trophimus, servus eius, sed apocham tam intus (*B*) quam extrinsecus (*B*) mulieris rogatu scripsit M. Helvius Catullus n. XXIV. — Singularis ratio est negotii, ad quod n. XLV pertinet: P. Alfenus Pollio de(curio?) et N. Eprius Nicia auctionem fecerunt, sed P. Alfenus Varus trecenarius Augusti ex eorum delegatu summam (partem, ut videtur, pecuniae auctione partae) ab Iucundo stipulatus est et apocham fecit chirographo interiore et exteriore, ut tamen illud solum ab ipso exaratum esse scripturae diversitas arguat. — Ex nonnullis instrumentis patet auctionis auctorem apocham rogatu suo vel mandatu ab alio scribendam curasse, quae sunt haec:

Nymphi[us scripsi ex] mandatu [et delegatu?] L. Iuni Aquilae n. VII
...... *[sc]ripsi rogatu [Cei Quartionis]* ...... — aut ..... *[Cei Quartionis]* — XVII
...... *[sc]ripsi rogatu [Histriae Ichimadis]* XXII
M. Helvius Catullus scripsi rogatu Umbriciae Antiochidis XXIV
D. Volcius Thallus scripsi rogatu Umbriciae Ianuariae XXV
...... *[scripsi] rogatu [Babulli Romani]* XXVII
Sex. Pompeius Axiochus scripsi rogatu Tulliae Lampyridis XL
M. H .... *scripsi rogatu Al[lei? Hygini]* XLVI
M. Aurelius [Felicio scripsi post? ro]gatum .... *is* (mulieris) XXXIV
Ti. Claudius Syn .... scripsi rogat[u et] mandatu Abasc[anti] Caesaris Au[g. Phi]lippiani XXX
.... *[scr]ipsi rogatu [et mandatu Cn. Allei] Chryserotis* XXXV

In n. XXIV et XXX cum tam interior quam exterior scriptura chirographaria sit, utrumque exemplum ab homine rogato scriptum est, in ceteris solum exterius propterea, quod interius acceptilatorium est, quippe quod tametsi a quolibet scribi licitum erat, tamen plerumque a debitore exararetur. Scribendi operam ab iis fere delegatam esse Mommsenus p. 104 recte animadvertit, qui litteras ipsi nescirent. Nam n. XXIV Umbriciam Antiochidem creditricem, cuius rogatu M. Helvius Catullus scripsit, ipsam adfuisse solutioni inde patet, quod inter signatores est; idem autem de aliis statuendum est propterea, quod in interiore scriptura ad formulam *A* concepta creditor ipse 'habere se dixsit'; praeterea cum hoc convenit, quod inter undecim exempla supra scripta quinque exstant, quibus demandantes sunt mulieres (XXII. XXIV. XXV. XXXIV. XL); postremo indidem repetendum est, quod chirographarium exemplum ab muliere exaratum exstat nullum. Chirographa n. XXXII et CXXXVI qui scripsit scripseruntve, cum Latinas litteras nescirent, Graecis usi sunt, sermone autem fere Latino. In scriptura ad formulam *A* concepta i. e. in acceptilatione hae tabulae neque litteris neque verbis Graecis usae sunt; permissum id fuisse Ulpianus testatur Dig. XLV 1, 1 § 6 de stipulatione loquens: *si quis Latine interrogaverit, respondeatur ei Graece, dummodo congruenter respondeatur, obligatio constituta est.* — Quod ad servos attinet, primum notandum est Abascantum Caesaris Augusti (n. XXX) unicum esse servum, cuius rogatu alius apocham scripserit, sicuti alius servus, qui solus inter obsignatores acceptilationis reperiatur, est item Caesaris (n. CI). Deinde quod praescriptum fuisse apud Romanos Gaius ab Mommseno laudatus p. 110 testatur his verbis (Dig. XLVI 4, 22) *servus nec iussu domini acceptum facere potest*, id omnino sequuntur hae tabellae. Nam chirographum quidem utrumque ($B + B$) a servo scriptum occurrit (n. XX, cui addere licet mutilos n. VI. XXIII. CXVIII), numquam autem in interiore scriptura, ubi ea ad formulam *A* concepta i. e. acceptilatio est, is, qui 'habere se dixit', servus est, sed dominus (n. VII; idem igitur statuendum erit de mutilo n. LXX). Libellorum n. LXII. XCIII. CI bina exemplaria perierunt. Praeterea hic quoque memoratu fortasse dignum est, quod in n. XXIV mulieris servus cum auctionem fecisset, chirographa interius et exterius exaravit non hic, sed M. Helvius Catullus.

Emptor quis fuerit, indicatur in antiquissimo libello n. I (*ob mulum venditum [M.] Pomponio M. l. Niconi*), quae venditio num facta sit per auctionem nescitur. In reliquis emptorum nulla exstat mentio.

Ea res, ad quam negotium pertinebat, in formula *A* dicitur esse pecunia, quae in stipulatum L. Caecilii Iucundi venerit, vel similiter. Exempla exstant haec:

In n. I, libello antiquissimo, et ut conici licet, in mutilo n. CXXII leguntur haec:

quam pequniam in stipulatum L. Caecili Felicis redegisse dicitur M. Cerrinius Euprates n. I
[quam pecuniam dicitur in?] [sti]pulat[u(m)] (eius) [rede]gisse n. CXXII 1

Reliquis communis est formula huius modi (* indicat mutila):

quae pecunia in stipulatum L. Caecili Iucundi venit (vel *in stip. venit L. Caec. Iuc.* n. V) *ob auctionem* illius (vel *ob auctionem* illorum XLVIII, vel *ob mancipia vendita* XLIX) *II. V. VII. *IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVII. *XIX. XXII. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. *XXXI. XXXII. XXXV. XXXVII. XXXVIII. *XXXIX. XL. XLIII. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. LI. LII. LIII. *LIV. LV. LVI. *LIX. *LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. LXIX. LXXII. CXIX. CXX. CXXI.

In formula *B* eadem res significatur his modis:

HS tot *ob auctionem meam*, [*qu?*]*em* — an *item?* — *in stipulatu*(*m*) *eius redegi* VI 12
{ *qua*[*e pecunia in stipulatum*] *eius venit* [*ex auctione*] *domina*[*e meae*] (i. e. Popidiae) XX 8
{ *ob mancipia . . . . stipulatu*(*m*) *ven . .* [*ex auctione*] *Popid*(*iae*) . . . XX 17
{ HS tot . . . . . *r*[*e*]*s quos* — vel *quas* — *in s*[*tipula*]*tu*(*m*) *eius* (i. e. Iucundi) . . . . XXX 14
{ HS tot *ob* . . . . XXX 23
HS tot *ob auctione*(*m*) *mea*(*m*) *sup stipulatu eius* (i. e. Iucundi) XXI 21
HS tot *ob auctione*(*m*) *mea*(*m*) *sub stipu*[*latu eius*] L 5
quam auctionem feci in id[*us*] . . . . . . *sup stipulatu eius* (i. e. Iucundi) XVI 9
ob (?) *m* . . . . *sub stipulatu eius* (i. e. Iucundi) LXIII 4
ob auctione(*m*) **m*[*e*]*a*(*m*) [*se*]*stertios nummos* tot . . . . *stipulatus est* (i. e. Iucundus) LVIII 6

Ex Mommseni sententia (p. 112) his verbis ea pecunia significatur, quam coactor, Felix (n. I) vel Iucundus, ab emptoribus stipulatus erat, idque unice verum esse vel sermone ipso efficitur. Ea enim, quae n. I. CXXII. VI (cf. XX) scripta sunt, venditorem sive auctionis auctorem pecuniam in Caecilii stipulatum redegisse, non aliam admittunt interpretationem nisi hanc, quam iis tribuit Mommsenus: 'quam pecuniam per me factum est ut Caecilius ab emptoribus stipularetur'. Illa quoque 'sub stipulatu eius' (Iucundi) non possunt aliud significare nisi Iucundum esse stipulatorem, non promissorem. Denique novum his argumentis addere iam possum ex libello n. LVIII, in quo verba *stipulatus est* legi; hic enim stipulator non potest esse nisi Iucundus. — Ceterum notatu esse dignum videtur, solum *stipulatus*, nusquam *stipulatio* vocabulum in his tabellis adhiberi, quorum hoc ipsum stipulandi actum, illud statum stipulando effectum significat. Cf. *ex stipulatu agere* Digest. XLV 1, 3 § 1; 38 § 12, *ex stipulatu actio* XLV 1, 1 pr., XLV 1, 51 et 70, XLVI 4, 21, *ex stipulatu debere* XLV 1, 24 ac praesertim XLV 1, 25: *si dari stipuler id 'quod mihi iam ex stipulatu debeatur', cuius stipulationis nomine exceptione tutus sit promissor, obligabitur ex posteriore stipulatione.*

In novem libellis infra indicatis verba haec ex interrogatione tabellarum signatarum addita sunt.

eum acce[*pisse ab L. Caecilio Iucun*]*do* HS ∞∞D[CC]XXCVII *ex inte*[*rrogatione fact*]*a tabellar*[*u*]*m signataru*[*m*] XVII extrinsecus
eam accepisse ab L. Caecil[*io Iuc*]*undo* HS n. $\overline{\text{XI}}$ XXXIX *ex auction*[*e eius*] *mercede minus ex inter*[*rogati*]*one facta tabellaru*[*m*] . . . . . . XXV extr.
[*me accepisse ab L.*] *Cecilio Iucudo* [*sestertios nummos se*]*x milia otoge*[*ntos septuaginta quinque*] *ob autione* [*mea ex interroga*]*tione fata* [*tabellarum si*]*genataru*(*m*) XXVI extr.
[*eu*]*m accepisse* [*ab L. Caecilio Iucun*]*do* HS *n.* [*tredecim milia trece*]*ntos triginta* [*septem ob au*]*ctionem* [*eius ex interro*]*gatione* [*facta tabellarum sig*]*na*[*tarum*] XXVII extr.
me [*accepisse*] *ab L. Caecilio Iucu*[*ndo*] *sester*[*tios de*]*ce*(*m*) *milia trecentos quinque nummos ob auctione*(*m*) *mea*(*m*) *ex inte*[*r*]*rogat*[*i*]*one facta tabellaru*(*m*) *s*[*ign*]*ataru*(*m*) XXVIII extr.
μη [ἀκκηπισσε ἀπὸ] Καικιλίω Εἰουκο[ύνδω σ]ηρτέρτια κου[αττουορ] μίλια ἐτ [κεντουμ?] ν[ο]ναγι[ντα δυο? ν]ου[μμο]υς ἐξ [αὐκτιωνε] μ[εα] ἐξ [ἰντερρογατιωνε] φα[κτα] τα[βελλαρουμ σιγ]να[ταρ]ου[μ] XXXII extr.
[*eum accepisse ab L. Ca*]*ecilio* [*Iucundo* HS n. $\overline{\text{III}}$] DXI . . . . [*o*]*b auctione*(*m*) [*eius ex interrogatio*]*ne tabellaru*(*m*) [*signataru*(*m*) *i*]*n idus Febr.* XXXV extr.
[*me accepis*]*se sesteta* [$\overline{\text{XXX}}$ *nongenta quinqua*]*genti qui*[*que ab L. Caecilio Iu*]*cudo* [*a*]*u*[*c*]*to*[*ne . . . .*] *fata . . . . . . ata* . . . XXXVIII extr.
eam accepisse ab L. Caecilio Iucundo sestia nummum octo [*milia*] *quingenti sexages dupundius ob auctionem eius ex interrogatione facta tabellarum signatarum* XL extr.

Ad eandem rem non dubium est quin pertinuerint, quae in sequenti libello supersunt, ubi tamen haec *ex nom* . . . . quomodo restituenda sint — an fortasse *nuncu*[*patione*] latet? — adhuc quaeritur.

[*eum accepis*]*s*[*e*] *ab L.* [*Caecilio Iucundo* ∞ ∞] DCXXX[V . . *sestertios num*]*mos ex nom*[. . . . . . . *tabell*]*arum signa*[*tarum in k. N*]*ou*(*e*)*mbr. primas merc*[*ede minus*] XLVI extrinsecus.

Ea clausula non reperitur nisi in exteriore scriptura (ubique ad formulam *B* concepta) nec nisi praecedente intus scriptura ad formulam *A* concepta. Coniungendam esse non cum verbis *ex auctione* (vel *ob auctionem*), sed cum verbis *eum* (vel *me*) *accepisse* docet n. XVII, a quo auctionis abest mentio. Extra ordinem in n. XXXV huic clausulae subiectus est dies, in quem solutio pecuniae collata erat: *in idus Febr.*, in interiore scriptura omissus; debebat enim potius collocari post haec *ob auctionem.* Idem videtur factum fuisse in chirographo mutilo n. XLVI [*in k. N*]*ou*(*e*)*mbr. primas*, ubi maiore etiam neglegentia omissa sunt verba *ob auctionem.* — Non casui mero videtur tribuendum esse, quod hae novem vel, si additur n. XLVI, decem apochae pertinent ad maiores atque adeo maximas pecuniae summas: 2635 (n. XLVI). 2787. 3511. 4192. 6875. 8562. 10305. 11039. 13337. 30955. Libelli enim n. X et XXXVII, qui ad summas omnium maximas spectant, exteriore scriptura nunc carent. — Interpretatio eius clausulae cum eo magis difficilis esset quod in fontibus iuris Romani nostris non videtur memorata esse, Mommseni tamen acumini, si quid video, plane contigit ut reperiretur. Ex eius enim sententia pertinet interrogatio ea tabellarum signatarum ad interiorem scripturam in his decem libellis omnibus ad formulam *A* conceptam, quae acceptilatio est. Acceptilatio autem liberationem significat, quae ut stipulatio (Graecis ἐπερώτησις appellata) per interrogationem fiebat. Quod Brunsius *Kleinere Schriften* II p. 323 obiecit, in interiore scriptura interrogationem nusquam memorari, Mommsenus antea iam refellerat monendo in verbis *habere se dixit* nihil obstare quominus hoc 'dicere' intellegeretur 'respondere'. Nam cum dicendo sive verbis liberatio fieri soleret per interrogationem et responsum, quin huc referenda essent illa *habere se dixit*, nemini dubium esse poterat. — Interpretatio autem, quam Brunsius probare maluit Petrae tribuens: '*nach Einsicht oder Befragung der* tabellae signatae', ut aliis ita vel ipso sermone excludi videtur (cf. Karlowa *röm. Rechtsgesch.* I p. 802); nam 'interrogare' non potest significare 'inspicere' vel 'consulere', et pro his 'ex interrogatione' dicendum potius fuisset 'interrogatis tabellis'. Neque satis constat Petram ipsum hanc illi clausulae tribuisse notionem, quippe qui dixerit p. 12: '*a meno che la formola* ex interrogatione facta tabellarum signatarum . . *non voglia appunto indicare, che per tutto quello che manca nella copia egli si riferisce all' atto originale*' [i. e. ad scripturam interiorem]. Immo haec verba rem minus distincte indicantia etiam de Mommseni interpretatione dicta esse possunt.

Ea pars apochae, qua creditor numeratam se accepisse pecuniam testatur, concepta est his modis:

In formula *A*:

numeratam dixit se accepisse n. I
numeratos accepis(*se*) *se dixit* n. V *numeratos accepisse se dixserunt* n. XLVIII

numerata habere se dixsit *VII. X. XIII. XIV. XXXI. XLVII. *LVII. *LIX. *LXVI. LXXII. *CXXII/III. CXXIV
numerat. habere se dixsit XVII
n[umerata habere se] dixsit II *nume .... se dix[sit]* XXIX
persoluta habere se dixsit XII. XV. XXII. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXII. XXXV. XL. XLIII. *LXIX
soluta habere se [dixsi]t XLIX *so[luta habere] se dixsit* XLVI
....luta habere se dixsit XI *....luta habere ....* XXXVIII
...... habere se dixsit IX. LV *...... habere ......* XIX *...... habere se .....* XXXVII *...... [ha]bere se ....* XXXIX
...... habere ...... LI *...... habere s ......* LXXV
habere se dixsit non praecedente *numerata* vel *persoluta* vel *soluta* videtur scriptum fuisse in his:
habere se [dixsit] LIII *h[a]be[re se dixsit]* LIV.

In formula *B*:

1. in auctionum apochis:
scripsi me accepisse V (addita sunt: *quae minutatim, quem ad modum volui, ab ea accepi*). *XX. XXI (intus et extr.). *XXVIII. XXXII (μη [αxxηπισσε]). *XXXVIII. XLV (intus et extr.). *LVIII (intus). CXXXVI (. . ἀx[xηπισσε]).
scripsi me ac(c)epis(s)e ... (h)abere m.. se dix(sit) XXXIII.
scripsi eum accepisse VII. *XVII. XXVII. XXX. *XLVI. *scripsi eam accepisse* XXIII. XXIV (int. et extr.). XXV. XL.
chirograpum .. si(bi?) persoluta esse LVII (extrinsecus) *scripsi [ipsi] persoluta esse* XXII.

2. in vectigalium apochis coloniae:
scripsi me accepisse CXXXVIII (extr.). CXXXIX (extr.). CXLI (int. et extr.). CXLII (i.). CXLIII (i.). CXLIV (i.). CXLV (i. et e.). CXLVI (e.). *CL (i.). CLI (i. et e.).
scripsi me accepisse ... et accepi ante hanc diem CXLVII (i. et e.).
accepi CXXXVIII (int.).

In n. XLVIII duo sunt creditores, iique pro sua quisque parte pecuniam sibi debitam se accepisse dixerunt. Diversum ab hoc videtur esse n. XLV, ad duos et ipsum creditores spectans, in quo haec leguntur: *pro parte eius, quam etipulatus est ex delegatu eorum.* Ea enim, ut supra p. 421 dixi, pertinent potius ad Varum ab illis delegatum; *eius* autem, ut Mommseno nunc videtur, fortasse intellegendum est *auctionis* vel *pecuniae ex auctione redactae.*

Ad summam paulatim pluribus pensionibus solutam pertinet n. VI: *quae minutatim, quem ad modum volui, ab eo accepi in hanc diem.* Similis est apocha n. XXIII, qua comprehensa sunt haec: *ex qua summa [accepit numeratos?] sestertios ducentos [et] arbitria s[estertio]s viginti et acc[e]ss[ione]s* HS XIII *et minus* HS LI *et hac die reliquos ego* (i. e. servus venditricis) *sestertios trec[ento]s sexsaginta nummos*; ubi vide adnot. 9 et 11.

Sed pecunia, quae auctione parta est, auctionis auctori non omnis solvenda erat ab coactore, cum accederet merces centesimae aut maior coactori solvenda, vectigal publicum rerum venalium centesimae vel quintae et vigesimae venalium mancipiorum, interdum etiam praeconium centesimae. In qua re duplici modo uti poterant. Aut enim coactor ab emptore pretium (ex. gr. HS C) cum mercede (ex. gr. HS II), i. e. HS CII, stipulabatur et venditori C solos pendebat, aut coactor ab emptore pretium solum i. e. HS C stipulabatur, sed venditori HS XCVIII pendebat. Utrumque modum significat Cicero pro Rab. Post. 11, 30 (ubi de decem milibus talentum Gabinio ab Rabirio solvendis loquitur): *non intellego hoc quale sit, utrum accessionem decumae, ut nostri facere coactores solent centesimae (centima* codex), *an decessionem de summa fecerit. Si accessionem, undecim milia talentum ad Gabinium pervenerunt.* Item Tacitus ann. XIII 31 (ad annum 57): *vectigal quintae et vigesimae venalium mancipiorum remissum, specie magis quam vi, quia cum venditor pendere iuberetur, in partem pretii emptoribus accrescebat.* Antea igitur cum coactores ab emptoribus pretium ut puta HS C cum vectigali 4% i. e. HS CIV stipulati essent, inde ab anno 57 pretium solum stipulabantur sed venditori XCVI pendebant. Vide Mommsenum p. 99. — Huc referendum est, quod in plerisque tabellis tam intus quam extrinsecus additum est *mercede minus.* Eius clausulae exstant exempla haec:

mercede minus n. II. V. VII. *IX. XI. XII. *XIII. XIV. XVII. XX. XXII. XXIV 9. 25. XXV 8. 29. XXVI. XXVII. XXVIII. *XXIX. *XXXI. XXXII. XXXIII. XXXV 8. *20? XXXVII. XXXVIII. *XXXIX. XL. XLIII. XLVI 7. 23. XLVII. LI. *LIII (. . . . *mercede ....*, ubi *minus* non videtur sequi). *LIV. *LVII. LX. LXV. LXVI. LXXII. CVII. CXXII. CXXIV. *CXXXVI (...xηδε.....).
[mer]cede quinquagesima minu[s] n. X *L* (i. e. *quinquagesima*, ut vid.) *mercede minus* n. LVIII.

et minus n. XXIII item ad sestertios venditori propter mercedem et vectigal ab Iucundo minus solvendis referendum esse vidit Mommsenus p. 113; in tabella ea scripta sunt haec: *ex qua summa [accepit numeratos?] sestertios ducentos [et] arbitria s[estertio]s viginti et acc[e]ss[ione]s* HS XIII *et minus* HS LI *et hac di[e reli]quos ego sestertios trec[ento]s sexsaginta nummos* (cf. quae ibi adnotavi).

Chirographaria inter haec sunt exempla 1. interioris scripturae XX. XXIII. XXIV 9. XXXIII. LVIII; 2. exterioris XXIV 25. XXV 29. XXXV *30. XLVI 29. CXXXVI; reliqua sunt scripturae ad formulam *A* conceptae. — Vocabula *numerata, soluta, persoluta* (aut *-tos*) promiscue adhibita sunt; in n. XXXIII et *LIV nullum eorum additum, sed scriptum est *mercede minus habere.* Hac clausula *mercede minus* omnino carent n. VI. XV. XIX. XLVIII. XLIX (quorum tamen in n. XLIX interior scriptura fere tota, in reliquis exterior tota periit), non carent nisi in exteriore scriptura n. VII. XVII. XXII. XL. — Praeterea vide, quae de hac re exposuit Mommsenus *Hermes* XII p. 93. 113 et ad legem metalli Vipascensis ibid. p. 101 et Ephem. epigr. III p. 165 et Corp. II Suppl. n. 5181 adnotavit. In antiquissimo libello n. I quae scripta sunt *eam pecuniam omnem* (sunt HS DXX) *dixit se accepisse*, ita intellegenda sunt, ut pecuniae summa persoluta sit integra non deducta mercede. De iis apochis, in quibus neque hoc neque solutum esse 'mercede minus' additum est, quid statuendum sit nescimus, ut tamen probabilius esse videatur usum illius aetatis etiam ad haec negotia pertinuisse et rem, de qua dubitari non posset, minus accurate non adnotatam esse.

Causam debendi in n. I—CXXXVII praeter stipulationem auctionem esse, indicari solet eademque causa tribuenda videtur esse iis (ut de mutilis taceam), quae auctionem non memorant: n. I (*ob mulum venditum*), n. XLIX (*ob mancipia duo veterana vendita*). Creditor idem est atque auctionis auctor, nisi quod n. VI. VII. XX. XXIV servus eius vicem agit (sed ut n. XXIV tertius quidam apocham faciat) et in n. XLIX scriptum est vendita esse mancipia *ratione hereditaria* L. Cornelii Tertii, apocham fecisse L. Cornelium Maximum, qui Tertii heres videtur fuisse. Secundum

apocham n. XLV Varus ex aliorum duorum auctione provenientem pecuniam *ex delegatu eorum* stipulatus est, quae est Mommseni interpretatio p. 114 (cf. supra p. 340. 421. 423).

Res, quae venum datae erant, raro indicatae sunt. Complura exstant exempla servorum venum datorum: *auctio venaliciaria* n. XLV 9. 30, [*pr*]*o* [*ma*]*ncipeis* LXXIV, *ob mancipia* ...... XX 16 (cf. 7), *ob mancipia, quae fuerunt Me... Lib//r*.. LXII, *ob mancipia duo veterana* XLIX (vendita sunt HS $\overline{V}$ CCC), quibus addi fortasse licet fragmentum *ob m*.......... LXIII. — *Mulus* venditus sestertiis DXX memoratur n. I. — Apocha n. V ad *auctionem buxiariam* pertinet (de buxi usu cf. praeter lexica Bluemner ad edict. Diocletiani 1893 p. 134 sq.), n. C *auctionis lintiariae Ptolem(a)ei Alexsandrini* est perscriptio. In n. XXIII *res inpositiciae* memorantur, de quibus vide adnot. 4. Quid sibi velint [*d*]*enae* n. XCVII, dubium est. Fragmentum .... *iaria* XXI 9, ut ibi dixi, restituendum est [*ex auctione venalic*]*iaria* vel [*lint*]*iaria* vel similiter. Plane incertum est supplementum illorum n. XXX 14 *nummos* ..... *r*[*e*]*s quos* — aut *quas* — *in s*[*tipula*]*tu(m) eius* [*redegit*?]. Dubitans proposui *faenebres quos*, sed fieri potest, ut spectent ad *res, quas in stipulatum redegit*, hac apocha non diserte indicatas.

Summae ob auctiones solutae, quae in his tabellis restant, infra compositae sunt.

HS 38079	n. X
HS 35270	n. XXXVII
HS 30955	n. XXXVIII
HS 25439	n. XLV
HS 17110 + .. (vel 18000 + ..)	n. IX
HS 13337	n. XXVII
HS 13...	n. LX
HS 12247 (?)	n. LXXII
HS 11362 (vel 11363)	n. XIV
HS 11039	n. XXV
HS 10305	n. XXVIII
HS 10050 + ..	n. LXII
HS 9381 $^1/_2$	n. LV
HS 8562	n. XL
HS 8327 $^1/_2$ (vel 8328 $^1/_2$)	n. XI
HS [739?]0	n. XV
HS 70[33?]	n. XIII
HS 6875	n. XXVI
HS 6456 $^1/_2$	n. XXII
HS 6252	n. XXIV
HS 5428 (vel 5427)	n. CIII
HS 5300	n. XLIX
HS 5...	n. LXVII
HS 4[1]9[2?]	n. XXXII
HS 4060 + ..	n. CXXXVI
HS 3934	n. XII
HS 3511	n. XXXV
HS 3059	n. VI
HS 2787	n. XVII
HS 2740	n. LXXIII
HS 2732	n. XXX
HS 2635	n. XLVI
HS 1985	n. V
HS 1663 $^1/_2$	n. LVIII
HS 1567	n. VII
HS 1500	n. XLVIII
HS 1441 $^1/_2$	n. XXIX
HS 1386	n. XXI
HS 13..	n. II
HS 1200	n. L
HS 645	n. XXIII
HS 520	n. I (ob mulum venditum)
HS 342	n. XXXIII
HS .... [CVII s?]	n. XIX
HS 900 + .. (?)	n. XX
HS .... ꝏ DC ...	n. XXXIII
HS .. *milia duce(n)tos* .... [*nove*?]*m*	n. XXXIV
HS .. ∞ LXXIII vel ∞ LXXVI(?)	n. XXXIX
HS ...... LXXIIII(?)	n. XLIII
HS VIII	n. LI
HS II	n. LII
HS [CCIↃↃCCIↃↃI?]ↃↃ ∞ ∞	n. LVI
HS ..... CCC ..	n. LXXIV
HS ...... CLXXV vel CLXXII	n. CXXI
HS ∞	n. CXXVI

Septem summis his 35270. [739]0. 5300. 2740. 1500. 1200. 520 exceptis omnes ita comparatae sunt (quo de monuit Mommsenus p. 115), ut ex compluribus summis minoribus collectae esse videantur, id quod in multarum rerum auctionibus factum esse consentaneum est. Neque enim, si a qua summa mercedes deducas, adquires multiplex denarii numeri; ex. gr. in summa omnium maxima, quae in apocha n. X memorata est additis 'quinquagesima minus', HS 38079, deducta quinquagesima $746^{64}/_{100}$ vel 747, fiet summa, quae auctione provenerit, 37332. Item n. LVIII, cui et ipsi clausula *quinquagesima minus* videtur addita esse, sestertii $1663^{1}/_{2}$ auctione coacti ex HS $1630^{9}/_{10}$ (vel 1631) et $32^{6}/_{10}$ effecti esse possunt. In n. I pretium HS DXX est unius muli, sed ibi, ut monui, 'omnis pecunia' mercede deducta nulla ab Iucundo soluta est; in n. XLIX qui 'ob mancipia duo veterana vendita' soluti sunt sestertii 5300, repetendi videntur esse a pretio auctione impetrato sest. 5048 et mercede centesima (1%) cum vectigali quintae et vigesimae (4%) sest. $252^{2}/_{5}$ sive circiter 252.

Summa, ad quam apocha pertinet, aut notis aut litteris scripta est. In qua re qui modi diversi adhibiti sint in his tabellis, laterculus infra subiectus docet. In eo non a re alienum est visum non omittere apochas coloniae et Auctarii libellos duos, ut usus qui certe Pompeiis tum fuerit, omnibus instrumentis compositis perspici posset. Litterae *A* et *B* significant exempla vel acceptilationis (*A*) vel chirographi (*B*); puncta .. indicant periisse eam partem.

numerus libelli	*A*		*B*	
	intus	extrinsecus	intus	extr.
I	notis	..		
II	..	not.		
III			litteris	..
V	..	not.		..
VI			litt.	..
VII	not.			litt.
IX	not.			..
X	not.			..
XI	not.			..
XII	not.			..
XIII	not.			..
XIV	not.			..
XV	not.			..
XVII	not.			not.
XIX	not.			..
XX			litt.?	[not.?]
XXI			litt.	not.
XXII	not.			litt.
XXIII			litt.[1])	..
XXIV			not.	not.
XXV	not.			not.
XXVI	not.			litt.[2])

[1]) partes duae antea numeratae (sest. XIII et LI) notis indicatae sunt.
[2]) praeterea summa notis infra adnotata est.

numerus libelli	A intus	A extrinsecus	B intus	B extrinsecus	summarium	margo
XXVII	not.			litt. [1]		
XXVIII	not.			litt.		
XXIX	not.			. .		
XXX			litt.	[not.]		
XXXII	not.			litt.		
XXXIII			not.	. .		
XXXIV	. .			litt.		
XXXV	not.			not.		
XXXVII	not.			. .		
XXXVIII	not.			litt.		
XXXIX	[not.]			not.		
XL	not.			litt.		
XLIII	not.			. .		
XLV			litt.	not.		
XLVI	not.			not.		
XLVII	[not.]			. .		
XLVIII	not.			. .		
XLIX	. .	not.		. .		
L	. . [2]			not.		
LI	not.			. .		
LII	not.			. .		
LV	not.			. .		
LVI	not.			. .		
LVIII			not.	not.		
LX	not.			. .		
LXII			litt.	. .	not.	
LXVII	not.			. .		
LXXII	not.			. .		
LXXIII	not.			. .		
LXXIV	not.			. .		
CIII						not.
CXXI	not.			. .		
CXXVI			not. [3]	. .		
CXXXVI	. . [4]			litt.		

Apochae coloniae.

numerus libelli	A intus	A extrinsecus	B intus	B extrinsecus	summarium	margo
CXXXVIII			not.	not.		
CXXXIX			. .	not.		
CXLI			litt.	not.	not.	
CXLII			litt.	not.	. . [5]	
CXLIII			litt.	not.	not.	
CXLIV			litt.	. .	not.	
CXLV			litt.	not.	not.	
CXLVI			litt.	not.	not.	
CXLVII			litt.	not.		
CL			litt.	. .		
CLI			litt.	. .		
CLII			litt.	. .		

[1]) praeterea summa notis infra adnotata est.
[2]) aut *B* periit.
[3]) aut exterior est scriptura.
[4]) aut *B* periit.
[5]) summa aut non indicata erat aut periit.

Auctarium.

	numerus libelli	intus	extrinsecus
cautio	CLIV	not.	. .
venditio	CLV	[not.]	[not.?]

Itaque in interiore scriptura, si ad formulam *A* concepta erat, satis habebant notis uti, cum id exemplum sigillis clausum et custoditum esset; eamque consuetudinem retinebant etiam in exemplis formulae *A* extrinsecus exaratis (n. II. V. XLIX). Chirographa (*B*) summas tam litteris quam notis exhibent; constans usus in apochis coloniae n. CXLI sqq. obtinet, quas qui conscripsit Privatus in eo acquievit, ut in interiore scriptura sola, videlicet exemplo instrumenti primario et authentico, litteris uteretur.

Dies, quo emptores coactori pretia pendere debebant, in nonnullis tabellis intus indicatus est, rarius extrinsecus, semel in titulo margini inscripto. Quotiens dies non positus est, fortasse ipso auctionis die pecunia debebatur (cf. Ulpianus Dig. XLV 1, 41 § 1), sed fieri potest, ut id non adiectum sit propterea, quod in apocha non erat necessarium, nec (ut Mommsenus addit) commode ibi poni poterat, ubi res pluribus venierant sub pretio diebus diversis solvendo. In laterculo subiecto composui dies, in quos praestatio collata erat, cum iis diebus, quibus Iucundus venditori pecuniam solvit.

dies quo pecunia soluta est ab Iucundo	dies quo pecunia solvenda erat ab emptoribus	
[*k. Febr.* ?]	*id. Febr. primae*	n. XI intus
id. [*Febr.*?]	*k. Nov. primae*	n. XLVII intus
. . *k* (vel *id.*) *Mart.*	. . . . . *primae*	n. XIX intus
VI id. Mai.	*id. Iul. primae*	n. V extr. (sed ad *A* formulam)
IIII k. Iun. vel *Iul.*	*id. Aug. primae*	n. VII intus
non. Aug.	*id. Febr.*	n. XXXV extrinsecus
III non. Sept.	*k. Nov. primae*	n. XLVI intus et extr.
. . . *Oct.*	*k. Nov. primae*	n. XXXVIII intus
V k. Dec.	*id. Dec. primae*	n. II extr. (sed ad *A* formulam)
pr. id. Dec.	*id. Ian. primae*	n. XV intus
XV k. Ian.	*k. Febr. primae*	n. XXVII intus
III k. Ian.	*id. Oct.* vel *Nov.*	n. XVI intus
. . . . . .	*k. I*[*an.*?] *proxsim*(*ae*)	n. LXXI intus
. . . . . .	*id. Nov.*	n. XCVII marg.
. . . . . .	*id.* . . . *primae*	n. CXXII intus
. . . . . .	. . Σεπτ.	n. CXXXVI extrinsecus.

Dies, quo ultimo emptores pendere debebant, Romano more aut kalendae aut idus sunt. In n. XVI. *XXXV. XCVII si vocabulum 'primae' vel 'proximae' non erat adiectum, primae tamen idus quin intellegendae sint, non dubium est (cf. Ulpianus Dig. XLV 1, 41), sed in mutila n. XXXV incerta est res; in brevi marginis titulo n. XCVII omissio facile excusatur. — Auctionum, ad quas hi libelli pertinent, dies ignoti quidem sunt, sed coactorem plerumque statim post factam auctionem vel brevi certe post eam intervallo venditori debitum solvisse probabile est propterea (ut Mommsenus p. 96. 116 observavit), quod auctiones propter aes alienum vel certe rei nummariae difficultatem, ut pecunia sibi praesto esset, facere solebant. Spatia igitur temporis, in quae emptoribus coactor dilata solutione pecuniam credidit, varia sunt, brevissima dierum XIII? (n. XI). XVII (n. XLVII). XXXIII (n. XV), longissima supra menses IX vel X (n. XVI), supra menses VIII? (n. XLVII), supra menses VI (n. XXXV). — Ex apocha n. VI discimus, Iucundum eam pecuniam paullatim venditori solvisse (*quae minutatim quem ad modum volui ab eo accepi in hanc diem*); secundum n. XXIII — praeter mercedem statim, ut par est, deductam — impensas quasdam Iucundus prius (fortasse statim ipsa auctionis die) solverat, postea demum, i. e. ipsa apochae die, reliquos sestertios.

Apochae rei publicae Pompeianae.

Libelli n. CXXXVIII—CLIII coloniae Pompeianorum continent apochas, quae ad vectigalia ab Iucundo soluta spectant. Vectigalium est genus triplex vel quadruplex.

1. *ob avitum et patritum* vel *ob avitum* n. CXXXVIII—CXL.

Libello n. CXXXVIII Secundus coloniae servus scripsit se accepisse a P. Terentio Primo nomine Stali Inventi sestertios nummos DCCLXXVI reliquos, acceptis antea HS ∇CCXXIIII *ob avitum e[t] patritum fundi Audiani.* — Libello n. CXXXIX Privatus coloniae servus scripsit se accepisse ab L. Caecilio Iucundo HS ∞ .... ex reliquis *ob avitum fundi ... i ....* — In fragmento n. CXL nihil restat nisi ... *nummum ...... avitum ...* — Hoc vectigal cuius generis fuerit, Mommsenus exposuit p. 123 sq. collato titulo Ferentinati vol. X n. 5853, unico praeter tabellas aviti testimonio. Vocabula *patritus* (sive *paternus*) *et avitus* diuturnam propriamque possessionem significant: Cicero de lege agr. 3, 2 § 7 *paterna et avita*, § 8 *meus paternus avitusque fundus Arpinas*; Paulus s. r. 3, 4. 4*a*. 7 *bona paterna avitaque*; Cicero Tusc. 1, 19, 45 *patritam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam*; Varro apud Nonium p. 161 *patrito et avito more precabamur*; Lex agrar. (vol. I p. 813, 28) *tantidem pro patrito redemptum habeant, p(ro) p(atrito) supsignent.* (Cf. Iustinian. Cod. XI 59 [58], 7 pr. *fundum patrimonialem .. salvo patrimoniali canone .. velut domesticum et avita successione quaesitum sibi habeat, suis relinquat, neque eum .. quisquam a fructu impensi operis excludat*). Inde ex Mommseni sententia vocabulis iis vulgus potius, ut videtur, quam iuris sermo proprius ad agrum vectigalem in perpetuum locatum uti coepit ita, ut *ius patritum et avitum* rei publicae tribueretur. 'Itaque', Mommsenus inquit vol. X p. 581, 'fundorum eorum dominium verum iam erat apud rem publicam, id est *aviti* erant eius, et *avitum*, id est pensionem annuam, res publica inde percipiebat, perpetua possessio sive dominium quoddam secundarium eius erat qui eos conduxerat.'[1]) — Fundi Audiani avitum et patritum cum Terentius Primus nomine Stali Inventi solvat, hunc fundi eius conductorem fuisse probabile est. Iucundus, cuius in arca haec apocha servabatur, fortasse fundum ab Invento conduxit (cf. Mommsen *Hermes* XII p. 124). Etiam incertius est iudicium de n. CXXXIX instrumento mutilo. — Vectigal annuum ob avitum fundi Audiani solutum (n. CXXXVIII) est HS 5224 cum iis, qui reliqui fuerant, HS 776, totum HS 6000. Si semisses erant (6% in annum), ut apud Plinium epist. 7, 18 et vol. X 5853, fundi pretium erat HS 100000.

2. *ob fullonica* (sic n. CXLII. CXLIII. CXLIV, *ob fullonicam* CXLI 13, *ab fullonicas* CXLI 3) n. CXLI—CXLIV. Restant solutiones quattuor annorum continuorum sicut constanter in summario extrinsecus in prima vel sexta pagina inscripto, semel bisve in instrumento ipso adnotatum est:

in summario			in instrumento ipso	
anni primi	n. CXLI	3		
anni secundi	n. CXLII	27		
anni terti	n. CXLIII	26	*anni ter[ti]*	34
anni quarti	n. CXLIV	5	*a[nni quarti]*	14

Praeterea n. CXLI 14 et 29 additum est: *anni unius* (qui fuit annus primus) et n. CXLIII 10—12 *anni L. Verani Hupsaei et L. Albuci Iusti d. v. i. d.* (qui fuit annus tertius). Duumviratus cum inciperet a kalendis Iuliis, desineret prid. kalendas Iulias proximas (quo de vide infra), annus I est a. p. Chr. 56/57, II a. 57/58, III a. 58/59, IV a. 59/60. — Dies, quibus quoque anno solutum est vectigal, sunt hi:

n. CXLI	a. I	(56/57):	19 Febr. 58
n. CXLII	a. II	(57/58):	14 Iul. 58
n. CXLIII	a. III	(58/59):	19 Iul. 59
n. CXLIV	a. IV	(59/60):	8 Mai. 60

Quarti igitur anni vectigal ante exactum tempus, sed priorum trium postea demum solutum est, quare in his quidem tabellis adnotatum est *ex reliquis* (n. CXLI 14. 29. CXLII 8. CXLIII 10). Instrumentum n. CXLII memorabile est propterea, quod solutio quidem facta est 14 Iul. (vide v. 10. 30), apocha autem uno mense post, i. e. 14 Aug. (v. 11; ambo dies confusi sunt v. 18). Vectigal annuum fuit sestertiorum 1652, ut indicatum est in n. CXLI. CXLII. CXLIV; pro ea summa quod n. CXLIII 8. 23. 27 scriptum est 1651½, quo pacto interpretandum sit non liquet. — Vectigal cuius generis fuisse videatur, adnotavi ad n. CXLI.

3. *ob pasqua* (sic scriptum est CXLV 32; *ob pasquam* CXLV 9 CXLVI 2. 18; *ob pasqua[m?]* CXLV 27; *ob pascua[m]* CXLVI 16; *ab vectigal publicu(m) pasquorum* CXLVII 26; *ob vectigal publicum pasqua* CXLVII 13). — Restant apochae annorum primi et tertii et partis anni secundi. De anno adnotatum est in summario:
ob pasqua anni primi (i. e. 1 Iul. 56/57) n. CXLV 33
[*ob p*]*asquam an*[*ni secundi*] (i. e. 1 Iul. 57/58) n. CXLVI 19

Summarium apochae n. CXLVII, quae pertinet ad annum 1 Iul. 58 — 30 Iun. 59, non restat. — Praeterea adnotatum est n. CXLV 10 et (ubi *II vir. i. d.* omissa sunt) 27 *anni Modesti et Vibi Secundi II vir. i. d.*, qui est annus primus (56/57). Dies, quibus quoque anno solutum est vectigal, sunt hi:

n. CXLV	a. I	(56/57):	5 Ian. 58	HS 2675
n. CXLVI	a. II	(57/58):	6—12 Iun. (?) 58[1])	HS 1675
n. CXLVII	a. III	(58/59):	6 Iun. 59	HS 1000
			18 Iun. 59	HS 1675

Tertii anni vectigal (HS 2675) duabus pensionibus solutum est; idem videtur factum esse anno II, sed antea solutorum HS 1000 non exstat mentio, propterea ut videtur, quod non superest nisi exterior scriptura brevior et mutilum summarium. Itaque Iucundus debito annorum II et III ante exactum tempus satis fecit, sed primi vectigal postea demum solvit, quare adnotatum est n. CXLV 9 et 27 *ex reliquis ob pasquam anni Modesti* et q. s. — Summam 2675 esse totius anni vectigal, diserte dictum est in summario n. CXLV 35: *debueram anni superioris* (i. e. 56/57) HS *2675.* — Vectigal, quamquam non populi Romani, sed coloniae erat, n. CXLVII 13 et 26 *publicum* vocatur, contra severiorem quidem normam (cf. Ulpianus et Gaius Dig. L 16, 15—17), sed ex usu, qui late patebat; cf. Mommsen *Stadtrechte* (*Abhandl. der Sächs. Ges.* III 1857) p. 457 et *Staatsrecht* III p. 4. Item in his tabellis Privatus servus rei publicae Pompeianorum *publicus* appellatus est n. CLIII. — In summariis, quae Iucundum scripsisse consentaneum est et n. CXLV 35 hoc *debuera(m)* docet, argentarius n. CXLV et CXLVI *solutio* vocabulum adhibuit ad pensiones earumque apochas significandas. — Vectigal non dubium est quin fuerit pascuorum coloniae a conductore solvendum.

Ad vectigal vel potius solaria videtur pertinere:

4. *mercatus* (n. CLI). Iucundus coloniae sestertios 2520 solvit *nomine M. Fabi Agathini mancipis mercatuus.* De ea re vide quae supra p. 403 adnotavit Mommsenus.

Mutilae n. CXLVIII. CXLIX. CL. CLII. CLIII, quae et ipsae sunt coloniae Pompeianorum apochae, ad quas res pertinuerint, iam nescitur.

---

[1]) Cf. Mommsenus *Staatsrecht* II³ p. 459 sq. — Huschke *avitum et patritum und der ager vectigalis* in ephemeride *Zeitschrift für vergl. Rechtswissenschaft* I (1878) p. 161—210 avitum et patritum (vectigal) ad agros ita adsignatos rettulit, ut per annos centenos pluresve vectigali subiecti essent, usus Hygini p. 116 (Lachm.) verbis. Sed ea verba (si de difficili quaestione iudicium ferre mihi licet) eo minus firmum ratiocinationi praebent fundamentum, quod corrupta sunt et interpolata, neque Huschkii interpretatio satis convenit cum obligationis illius Ferentinatis clausula *et in avit(um) r(ei) p(ublicae) reddid(it).* Denique quod in eadem impositum est vectigal semissium (6% in annum) cum apud Plinium epist. 7, 18 redeat, illam ad similem agri obligationem pertinere veri est simillimum.

[1]) n. CXLVI v. 11 *Iulias* admitti omnino non potest, cum duumviratus ille desinat in 30 Iun. 58.

Caecilium Iucundum usque ad annum 57 coactorem argentarium auctiones exercuisse, sed inde ab anno 53 in coloniae vectigalibus operam suam collocasse, omisso fortasse ultimis annis (58—62) illo negotio, tabellae ceratae docent. Haec negotia cum pertinuerint ad avitum fundi Audiani, ad fullonicas, ad pascua, probabile est vectigalia coloniae eum conduxisse exigenda, id quod bene convenit cum hominis argentarii occupationibus. Quare fundum, fullonicas, pascua administranda ipsa eum exercuisse et curas suas in tam diversa negotia distraxisse (quamquam fieri id potuisse minime abnuerim), minus est veri simile nec ullum eius rei indicium in apochis exstat.

Hi libelli n. CXXXVIII—CLIII, qui coloniae de vectigalibus apochas continent, chirographarii sunt utroque omnes exemplo. Ab formula *A persoluta habere se dixit*, i. e. acceptilatione, id genus plane abstinet, sed altera *B scripsi me accepisse*, semel adeo hoc *accepi* (n. CXXXVIII 6, quae est apocharum municipalium antiquissima) utitur. Cuius rei hae videntur causae fuisse, quod servus acceptum ferre non poterat et quod ad chirographa non opus erat (vide infra p. 432) signatores septem pluresve adhibere, sed eius modi apochas praeter servum apocharium et unum ambove duumviros ad summum bini viri obsignabant, quin etiam extra ordinem (n. CXLVIII) praeter servum nemo. — Instrumentum appellatum est

> *chirograpum Privati* 1. in exteriore scriptura n. CXLII 21 CXLIII 22, 2. in summario n. CXLI 1 CXLIII 26 CXLIV 3, 3. in margine n. CXLVIII 1;
>
> *solutio* 1. in exteriore scriptura *solutio re[i] publ(icae)* n. CXLII 19, 2. in summario *solutio Privato* CXLII 26 CXLV 32 CXLVI *18 (*solutio* ......), 3. in marginis rubrica *solutio* ...... n. CLI 1.

Vocabulum *perscriptio* quod ad hoc genus adhibitum est numquam, fortasse casui tribuendum est aut ei causae, quod eius notio erat generalis, ut utrumque apochae genus significaret.

Apocharius in omnibus est servus coloniae, sicut ipse se appellavit (vide exempla infra suo loco composita), sive 'publicus', quo n. CLIII in signatorum elencho ab Iucundo significatus est. Servum actorem esse et per se est probabile et constitutio Alexandri infra memorata docet. Is erat anno 53 Secundus (n. CXXXVIII) — mox manumissus? (cf. ad CXXXIX 10) —, postea Privatus: a. 55 (n. CXLVIII), a. 58 (n. CXLI. CXLII. CXLV. CXLVI), a. 59 (n. CXLIII. CXLVII), a. 60 (n. CXLIV), a. 62 (n. CLI); eiusdem Privati apochae CXXXIX et CLIII anni nota nunc carent, in mutilis his n. CXLIX (1 Iul. 56/57). CL (a. 58). CLII (61/62?) apocharii nomen periit, quod tamen Privati fuisse cum per se probabile sit, in n. CL ac fortasse n. CLII ex manu agnosci certo potest; in n. CXL neque annus neque nomen superstes est. Servus certe authenticam i. e. interiorem scripturam ipse exaravit, unde in paginis 2 et 3 horum n. CXLI—CXLVIII. CL. CLI. (CLII?) eadem, videlicet Privati manus agnoscitur, item ab Secundo, cuius unica exstat apocha in diptycho n. CXXXVIII scripta, interius exemplar exaratum esse putandum est. Etiam exteriora exemplaria haec atramento scripta diptychorum n. CXXXVIII et CXXXIX et graphio scripta triptychorum n. CXLI. CXLV. CXLVI. CXLVII. (CLI?) servo ipsi (n. CXLVI, ut videtur) eiusve vicario (n. CXLI. CXLV. CXLVII, ut videtur, quae fugienti manu exarata sunt) tribuenda sunt. Reliqua Iucundus eiusve amanuensis videtur scripsisse: 1. signatorum elenchos vel graphio (n. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLV. CXLVII) vel atramento (n. CXXXVIII. CXXXIX. CXLVIII. CLIII) vel graphio et atramento (n. CLI) exaratos, 2. summaria, 3. marginis rubricas, praeterea 4. exteriora exemplaria n. CXLII p. 5 et CXLIII p. 5 (in summarii modum concepta). Inde est quod in summario n. CXLV 35 ipse de se *debuera(m)* dixit. In pagina 4 n. CXLIV quod atramento inchoatum est summarium, diversam a ceteris prodit manum.

Ad apochas a servo actore nomine municipiorum coloniarumve factas pertinet rescriptum imp. Alexandri ad quattuorviros et decuriones Fabrateriae in Codice Iustin. XI 40 [39] 'de solutionibus et liberationibus debitorum civitatis', cuius verba sunt haec (vide Mommsenum p. 116): *Cautiones servorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus praestant, si curatorum adsignantium vel eorum quibus exigendi ius est auctoritate subnixae sunt. Cum autem is qui exsolvisse dicitur solam scripturam actoris suscipientis pecuniam promet, ea tantum defensio consuevit admitti, si quod exsolutum est rationi rei publicae profecisse doceatur. Sane curator vester, si fraude servi constiterit effectum ut interciperentur* [*a curatore* add. codices, delevit Mommsenus] *illatae a debitoribus quantitates, de peculio eius quod eo modo deest restituet.* Idem iam pridem constitutum de ea re fuisse tabellae quoque Pompeianae docent, quippe quae hunc ipsum modum sequantur. Actor pecuniam coloniae debitam suscipit, apocham scribit instrumentumque obsignat, sed iussu duumvirorum[1]) et ita, ut etiam duumvirorum alter ambove in pagina quarta signum suum imprimant. Singula de signandi modis in his coloniae apochis observatis cum infra cap. V et VI composita sint, hoc loco commemorasse satis est haec quae sequuntur. Si duumviri propter absentiam aliamve ob causam adsignare non poterant, Iucundo licuit, nisi maluit recusare solutionem debitam, apochae scriptionem differre (id quod fecisse Iucundum testis est apocha n. CXLII scripta 14 Aug., cum pecunia soluta esset 14 Iul. eiusdem anni)[2]) aut contentus esse ad tempus potuit apocha servi solius ea condicione, ut in eius locum altera secundum legem munita sibi redderetur; huc referendus videtur esse libellus n. CXLVIII, in quo Privatum solum obsignasse probabilius nunc duco, quam duumviri nomina prorsus periisse.

Coloniam Pompeianorum quaestura caruisse, quod ex silentio titulorum conclusum erat, confirmatum est his apochis (cf. Mommsenus vol. X p. 93). Immo universa aerarii cura penes duoviros i. d. erat[3]): ii pecuniam rei publicae suscipiebant et erogandam decernebant, eorundemque erat 'exigendi ius', ut rescripto allato dictum est. Itaque ambos alterumve eorum his instrumentis adsignasse consentaneum est.

Vectigalia Pompeis quoque quin in lustrum locata fuerint dubium esse nequit. Annus primus vectigalis tam fullonicarum quam pascuorum cum incipiat ab 1 Iul. 56, quinquennium desiit 30 Iun. 61. Atqui vectigalium locatorum annum congruere cum duumviratus anno inde patet, quod n. CXLIII annus Veranii Hypsaei et Albucii Iusti d. v. i. d. est annus vectigalis tertius et n. CXLV annus Modesti et Vibii Secundi d. v. i. d. est annus pascuorum primus. Quod igitur Petra Pompeiis sicut Venusiae magistratuum anno kalendas Iulias principium fuisse coniecerat tabellis ceratis iam plane confirmatum est (cf. Mommsenus p. 121). Primus lustri annus cum esset ab 1 Iul. 56 ad 30 Iun. 57, praecedenti 55/56 duumviri i. d. quinquennales fuerint necesse est, qui vectigalia in proximos annos quinque locaverunt. Quocum plane consentit, quod annis 25/26 et 40/41 et 50/51 quinquennalitatem tituli vol. X n. 896 et 904 et apocha n. CXLVIII testantur; vide Mommsenum *Hermes* XII p. 123 et Corp. vol. X p. 92.

Novum praeterea praefecti iure dicundo genus innotuit libello n. CXLIV scripto 8 Mai. 60:

> *N. Sandelio Messio Balbo, P. Vedio Sirico duomviris iure dic., Sex. Pompeio Proculo praef. i. d.,*

quocum conferendus est libellus n. CXLIII scriptus 10 Iul. 59, in quo haec habentur:

> *Cn. Pompeio Grospho, Cn. Pompeio Grospho Gaviano* (cf. v. 1. 2. 11) vel *duobus Grosphis* (v. 20 et 29).

Sex. Pompeius Proculus nec erat praefectus pro duoviro ob magistratum vacantem nec praefectus imperatoris duoviri vicem agens, sed, ut Mommseni vol. X p. 92 verbis utar, duoviris iure dicundo ita adiunctus et quodammodo praefectus erat ut Romae consulibus dictator. Itaque duoviris anni 59/60 successores dati erant adiuncto praefecto i. d.; cuius mutationis causam fuisse contentionem, quam anno 59 Pompeianis cum Nucerinis intercessisse Tacitus ann. XIV 17 (cf. hoc vol. n. 1293) testatur,

---

1) n. CXXXVIII 10 *iussu Caltili Iusti et Helvi Procu[li]*, n. CXLVI 3 *iussu Pompei Proculi* itemque v. 15 [*iussu Po*]*m*[*p*]*ei Proculi*; n. CL 9 [*iu*]*ssu* [*L. Albuci et L.*] *Verani II vir. i. d.* additum est, ab reliquis clausula ea abest.

2) n. CXLVII prior summae pars (HS 1000) 6 Iun., posterior (HS 1675) 18 Iun. soluta est; sed de illa pensione non dubium est quin apocha iam ante hanc n. CXLVII perscripta fuerit.

3) programma infra edendum, quo de duumviratus candidato praedicatur *hic aerarium conservabit*, quatenus huc referri liceat, dixi Ephem. epigr. I n. 163 p. 53.

54*

recte coniecit Fiorellius apud Petram p. 17; vide Mommsenum *Hermes* XII p. 125. — In libello mutilo n. CXXXIX 6 . . . . . *praef. i. d.* servata sunt et sic legenda videntur esse; sed is cuius generis praefectus i. d. fuerit cuique anno tribuendus sit, incerta relinquuntur.

In apochis coloniae consentaneum est ad annum indicandum summos eius magistratus eponymos ipso principio memoratos esse, quem locum in chirographis reliquis consules obtinent; hi vero non omissi, sed in fine tamen subiecti sunt.

Tam duoviros quam praefectos i. d., quorum in tabellis ceratis mentio est facta, elencho subiecto composui. In eo anni diesque nude positi ii sunt, quibus apocha conscripta est vel certe (ex. gr. 58/59) ii, quos tabellae testantur; annus aliunde notus uncis < > inclusus est.

Duoviri iure dicundo.

53	Mart. 14	[Q. C]oelio Caltilio Iusto L. Helvio Blaesio Proculo II vir. iur. [d.] n. CXXXVIII 1 Q. Coelio [Cal]tilio Iusto L. Hel[vio Blaesio] Proculo II vir. i. d. CXXXVIII 18 iussu Caltili Iusti et Helvi Procu[li] CXXXVIII 10 L. Helvi Blaesi (*signum*) CXXXVIII 34 Q. Coeli Iust[i] (*signum*) CXXXVIII 35
55	Dec. 6	[Cn. Alleio Nigidio] Maio . . . . o d. i. d. [quinq.] CXLVIII 15 [Cn. Alleio Nigidio Maio] . . . . [o d. i. d.] quinq. CXLVIII 8
<56/57>		annus Modesti et Vibi Secundi II vir. i. d. CXLV 10. 27 . . . . C. Vibio Sec(undo) [II] vir. i. d. CXLIX 1 *De anno cf. vol. X p. 91. An ad eundem pertineat:* anno . . . . undi CLII 3, *incertum est*
58	Ianuar. 5	C. Cornelio Macro Sex. [Pompeio] Proculo duumviris i. d. CXLV 1 C. Cornelio Macro Sex. Pom(peio) Procu[lo] d. i. d. CXLV 21 duumviris Pompeio et Cornelio CXLV 34 Sex. Pomp(ei) Procul(i) (*signum*) CXLV 16
58	Febr. 19	Sex. Pompeio Proculo C. Cornelio Macro II vir. i. d. CXLI 5 Sex. Pompe(i)o Proculo C. Cornelio Macro d. i. d. CXLI 33 Sex. Pompe(i) Procul(i) (*signum*) CXLI 19 Sex. Pomp(ei) P[rocul(i)] (*signum*) CXLI 20
58	[Iun. 6—12?]	Sex. Pompeio Proculo C. Corne[l]io Macro duumviris i. d. CXLVI 9 iussu Pompei Proculi CXLVI 3. 15 Sex. Po[mpei Procul]i (*signum*) CXLVI 7. — *Cf. de hoc homine ad a. 60*
58/59		dur[a]tu (*sic*) L. Albuci Iusti et L. Verani . . . . . CXLII 23 (a. 58 Aug. 14) annus L. Verani Hupsaei et Albuci Iusti d. v. i. d. CXLIII 11
58	Aug. 14	L. Albucio Iusto L. Veranio Hypsaeo duumviris iur. dic. CXLII 1 L. Veranio Hupsaeo L. Albucio Iusto d. v. i. d. CXLII 28 L. Albuci Iusti (*signum*) CXLII 14 L. Vera(ni) Phile. (*signum*) — *idemne atque L. Veranius Hypsaeus?* — CXLII 15
58	Sept.—Dec.	[L. Veranio Hyp]saeo L. Albuc[io] duumviris i. d. CL 1 [iu]ssu [L. Albuci et L.] Verani [II] vir. i. d. CL 10
59	Iun. 18	L. Veranio Hupsaeo L. Albucio Iusto duumviris iure dic. CXLVII 1 L. Veranio Hupsao (*sic*) L. Albucio Ius[to] d. i. d. CXLVII 20 L. Verani Hypsaei (*signum*) CXLVII 16 L. Albuci Iusti (*signum*) CXLVII 18
59	Iul. 10	Cn. Pompeio Grospho Grospho Pompeio Gaviano (*sic pro* Cn. Pompeio Grospho, Cn. Pompeio Grospho Gaviano) II vir. iur. dic. CXLIII 1 duobus Grosphis (Grospis 29) d. i. d. CXLIII 20. 29 Cn. Pomp. Gropi (*sic*) Gav(iani) (*signum*) CXLIII 16. *Cf. n.* CXLV 17: Cn. Pompei Gaviani.
60	Mai. 8	N. Sande[lio] Messio Balbo P. Vedio Sirico duumviris iure dic. Sex. Pompeio Proculo [p]raef. i. d. CXLIV 3—6 N. Sandelió Messió Balbó P. Vedió Síricó (*reliqua desiderantur*) CXLIV 18
62	Ianuar.	L. C(*aut* G) . . . . . o [T]i. C[laudio V]ero [d.] i. d. CLI 1 L. . . . . [Ti.] Cla[udio Vero II vir. i. d.] CLI 19 Ti. Claudi Veri (*signum*) CLI 15
61/62(?)	. .	Claud[ius Verus?] CLII 4

..	....	M. Licini Romani (*signum*) CLIII 8	*num duoviri fuerint,*
..	....	D. L[u]c[re]ti Val[entis] (*signum*) CXXXIX 8	*incertum est.*

Praefectus i. d.

60	Mai. 8	Sex. Pompeio Proculo [p]raef. i. d. CXLIV 8. — *Cf. supra inter duoviros a. 58 et 60*
..	....	. . . . praef. i. d. (?) CXXXIX 6.

V. DE VARIIS OBSIGNANDI RATIONIBVS ET DE SIGNATORIBVS.

Ex usu Romanorum iam in diplomatis militaribus, tabellis Dacicis aliisque observato scriptura interior eo claudebatur et contra fraudes muniebatur, ut linum circum tabellas primam et secundam volutum et marginum incisuris vel postea (v. Praefationem) foraminibus insertum in pagina quarta, in qua eius lini capita concurrebant, obsignaretur ab testibus vel certe a partibus ambabus alterave earum sola. Unicuique sigillo adscribebant nomina obsignantis casu genetivo, ut cuius esset sciretur.

Filorum reliquiae supersunt in libellis n. VI. XL. XLIX. L. LXXXIV. XCI. XCII. CII. CXII. CXLVIII; in XCII filum duplex est, quadruplex exstare videtur in n. XL ac fortasse in n. XLIX. Senatus consultum Neronis temporibus factum, quo hae tabellae fere omnes antiquiores sunt, praescripsit linum triplex (v. Praefationem); qui tamen numerus fieri potest, ut is fuerit, quo minimo uti liceret. Nodi particula superstes est in n. XCII.

Sigillorum ceras consentaneum est in his tabellis omnibus periisse; in paucis (ex. gr. n. VI. LXII. XCVIII. CXLIII. CXLIV. CXLV. CXLVIII. CLII) maculae separatae restant, ut loci et numerus sigillorum agnosci clare possint, in plerisque omnium cerae liquefactae ita confluxerunt, ut maculam magnam efficerent, quae etiam paginam quintam saepe occupavit scripturamque eius obtexit (cf. imagines n. VII. XVII. XXVII. XXX. XXXII. L).

Signatorum nomina in Pompeianis libellis vel atramento vel graphio plerumque in dextra columna sola exarata sunt ita ut sinistra triptychorum columna, in qua Dacici libelli exemplum exterius inchoant in quinta pagina continuatum, vacua sit relicta. A quo usu pauci recedunt his modis:

1. signatorum terna binave nomina ambas columnas occupant, ita ut cognomen solum in dextra exhibeatur, in n. XVII. XL. XLVI. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLV. CXLVI. CXLVII (graphio), n. XCVII (atramento).
2. in sinistra columna scripturam interiorem formulae A repetiverunt triptycha n. II. V. XLIX, quae exteriorem tamen in quinta pagina quin exhibuerint dubitari non potest. Etiam Auctarii nostri triptycha n. CLIV et CLV in eadem columna sinistra interius exemplar repetitum inchoant, finiunt tamen in pagina 1; nam ea et ipsa in pag. 5 deperdita exterius exhibuisse non minus probabile est. — In n. CXLIV interius exemplar formulae B inchoatum est in columna sinistra paginae 4; exterius, quod haud dubie et ipsum fuerat formulae B, periit.

Longe plurimi libellorum nomina signatorum atramento in ligno nudo scripta exhibent, pauci graphio exarata in area marginata et cerata, qui sunt hi:

1. in columna dextra sola: n. X. XI. XV. *XXI. *XXIV. *XXIX. XXXIX. LVII. *LVIII (quos asterisco signavi, hanc columnam solam habent excavatam, inceratam, margine marginibusve munitam).
2. in ambabus columnis: n. XVII. XL. XLVI. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLV. CXLVI. CXLVII.

In nonnullis libellis signatorum nomina omnia vel ex parte et atramento et graphio in ligno nudo exarata sunt:

n. V	graphio 6,	atramento 8	signatores
n. VI	„ 2,	„ 4	(1 = 4)
n. VII	graphio 7,	atramento 9	(inter n. 3 et 4 idem fortasse graphio est indicatus, qui atramento exhibetur loco ultimo)
n. XXXI	„ 9,	„ 9	
n. XXXVIII	„ 4,	„ 9	
n. LXXXI	„ 1,	„ 9	(nomen graphio scriptum nominativo casu non iteratum est atramento)
n. CLI	„ 3,	„ 5	(1 = 5 ut vid.)

In horum plerisque signatores fere singulis nominibus fugienti manu breviter indicati sunt, in uno solo n. CLI bina vel terna hominum nomina accurate exarata et nunc quidem lectu faciliora habentur. Utra scriptura sit prior, ex litteris ipsis, quae est tabellarum condicio, certo nunc discerni nequit; sed quae graphio exarata sunt, non postea demum addita esse, ut visum est Petrae (ad n. 4. 25. 112. 114 secundum ipsius ordinem), ex his patere mihi videtur, quae sequuntur. Ac primum quidem eae columnae cum nec marginatae nec ceratae sint, ad hoc praeparatae sunt, ut calamo, non graphio inscriberentur. Deinde graphio, ut dixi, fere semper pars tantum nominum exhibetur eaque nomina breviter fugienti manu indicata, atramento autem plene perscripta sunt scriptura accurata. Rem decidunt libelli n. VI et CLI. In iis enim servus apochans, qui primo et ultimo loco obsignavit, non est graphio indicatus, sed medii signatores soli, videlicet quia servum per se constabat illis locis obsignare, quippe qui illi sollemnes essent. Quae cum ita sint, statuendum est graphio quaedam nomina praenotata esse, priusquam integer elenchus a tabellione in mundum reciperetur, id quod utile esse potuit propterea, quod quidam signatores propere abierunt vel tabellio opera sua statim fungi non potuit vel ob alias causas. In n. LXXXI quid sibi velit nomen *Venerius* interpositum, divinari nequit; ex signatoribus eum non fuisse arguere videtur nominativus casus. In n. VII Iunius (qui esse apocharius ipse videtur) fortasse alio loco signavit (v. 23), quam quo graphio praenotatus erat (v. 17). In eadem pagina tabellio errorem suum correxit, quo sigillum alteri homini tribuerat; altera eius generis emendatio habetur in n. LXXIV.

Signatorum elenchos atramento scriptos variis tabellionibus tribuendos esse characterum diversitas arguit, idemque observari licet in iis, qui graphio sunt exarata. Sed singulos quosque elenchos ab eodem homine integros in mundum receptos esse apparet, excepto uno n. LVIII, in quo creditor non solum instrumenti chirographum, sed etiam (ut in tab. Dacica vol. III p. 935 'Titius Primitius') nomina sua ipse videtur conscripsisse. Huc pertinent verba Ulpiani Dig. XXVIII 1, 22 § 4: *Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, verumtamen signaverit, pro eo est, atque si adhibitus non esset: et si, ut multi faciunt, adscripserit se, non tamen signaverit, adhuc idem dicemus.* Ubi consentaneum est *adscripserit* usu noto ita intellegendum esse, ut etiam ea, quae quis ab alio adscribenda curaverit, comprehendantur.

Maioris momenti est cognoscere, quam multi in variis libellis signaverint, deinde quatenus praeter testes etiam partes ipsae inter signatores occurrant, denique qualis in hac re inter duo genera $A + B$ et $B + B$ intercedat differentia. Ad has res explicandas elenchos subieci, quibus eae brevi in conspectu positae sunt.

Signandi ratio quae est in genere $A + B$.

libellus ex editionis nostrae numeris	de libellis mutilis	signatorum numerus	
II	*A* et *A* + [*b*]	8 vel 9	primi solius nomina restant
V	[*a* et] *A* + [*b*]	8	creditor non videtur adsignasse
VII		9	9 = creditor, ut vid.
X	*A* + . .	8 vel 9	3 = creditor
XI		8—9	nomina maxima ex parte perierunt
XII		10	mulieris est apocha (mandatus ab ea ignotus, cum pag. 5 mutila sit)
XIII	*A* + . .	8 vel 9	1—8 restant; in iis non est creditor
XIV	*A* + . .	10	2 = creditor
XV	*A* + . .	7 + . .	3 = creditor
XVII		9 vel 10	8 = creditor? (mandatus ab eo ignotus est, cum p. 5 mutila sit)
XVIII	. . + . .	10	10 = creditor
XIX	*A* + . .	9	5 = creditor
XXII		9	mulieris apocha (mandatus ab ea ignotus est, cum p. 5 mutila sit)
XXV		9	9 = a muliere mandatus
XXVI		9	6 = creditor
XXVII		8 vel 9	1—5 servati soli, inter quos non est creditor
XXVIII		8	7 = creditor
XXIX	*A* + . .	4 + . .	mulieris apocha
XXXI	*A* + . .	8+..[fuerunt 8–10]	2 = creditor
XXXII		8	8 = creditor?
XXXIV		9	9 = ab muliere mandatus
XXXV		9	9 = creditor (mandatus ab eo ignotus est, cum p. 5 mutila sit)
XXXVII	*A* + . .	11	1 = creditor (summa est sest. 35270)
XXXVIII		9	9 = creditor
XXXIX		8 (an plures?)	signatorum elenchus mutilus est
XL		8	6 = ab muliere mandatus
XLIII	*A* + . .	8 (vix 9)	mulieris apocha (mandatus ab ea ignotus est, cum p. 5 mutila sit)
XLVI		8	1—4 servati soli, inter quos non est creditor
XLVII	*A* + . .	9 [+ 1]	10 = creditor?
XLVIII		9	2 = creditor I, 8 = creditor II
XLIX	*A* et *A* + *b*	9	6 = creditor vel potius apocharius
LI	*A* + . .	9	9 = creditor
LII	*A* + . .	7 + . .	1—4 servati soli, inter quos non est creditor
LIII	*A* + . .	perierunt	
LIV	*A* + . .	9	7 = creditor
LV	*A* + . .	9 ut vid.	9 = creditor?
LVI	*A* + . .	10	10 = creditor
LVII		7	mulieris apocha (mandatus ab ea ignotus est, cum pag. 5 mutila sit)
LIX	*A* + . .	5 + . . (ad summum 8)	1—5 servati soli, inter quos non est creditor

libellus ex editionis nostrae numeris	de libellis mutilis	signatorum numerus	
LX	. . + . .	4 + . . (ad summum 8)	
LXI	*A* + . .	8 (vix 9)	creditor ignotus est
LXV		9	9 = creditor
LXVI	*A* + . .	8	7 = creditor
LXVII	*A* + . .	9 (an 10?)	fortasse 9 = creditor
LXVIII	*A* + . .	8 vel 9	elenchus mutilus est nec creditoris nomina satis nota sunt
LXIX	*A* + . .	9	8 = creditor?
LXX	. . + . .	8 (sed primo loco sunt duo homines)	creditor vel apochans ignotus est
LXXI		9	4 = creditor?
LXXIII	*A* + . .	9	8 = creditor
LXXIV	. . + . .	8	8 = creditor
LXXV	. . + . .	9	7 = creditor
LXXVI	*A* + . .	10	10 = creditor
LXXVII	*A* + . .	8	apochantem esse servum sociorum probabile est; is non esse videtur inter signatores; num inter eos unus ex sociis sit, discerni nequit
LXXVIII	*A* + . .	6 + . . (fuerunt 8, vix 9)	creditor ignotus est
LXXIX	. . + . .	7 vel 8	inter 1—7 servatos non est creditor
LXXX	. . + . .	9	mulieris ut vid. apocha (mandatus ab ea ignotus est; fortasse est 9, cui idem est gentilicium)
LXXXI	. . + . .	9	9 = creditor
LXXXII	. . + . .	9	7 = creditor
LXXXIII	. . + . .	9	5 = creditor
LXXXIV	. . + . .	8	inter 1—7 non est creditor; 8 legi nequit
LXXXV	. . + . .	9	7 = creditor
LXXXVI	. . + . .	9	9 = creditor
LXXXVII	. . + . .	8 vel 9	8 = creditor
LXXXVIII	. . + . .	8	mulieris apocha (mandatus ab ea ignotus est, cum paginae 2. 3. 5 perierint)
LXXXIX	. . + . .	9	8 = creditor
XC	. . + . .	7 + . .	inter 1—5, qui legi possunt soli, non est creditor
XCI	. . + . .	9 (vix 10)	inter 1—7, qui legi possunt soli, non est creditor
XCII	. . + . .	9	creditor non est inter signatores
XCIII	. . + . .	9	servi apocha; inter signatores neque dominus neque servus est
XCIV	. . + . .	8 (an 9?)	inter 1—8 non est creditor
XCV	. . + . .	9	inter 1—8 non est creditor; 9 periit
XCVI	. . + . .	7 + . .	3 = creditor
XCVIII	. . + . .	8 (vix 9)	inter 1—8 non est creditor
XCIX	*A* + . .	9 vel 10	8 = creditor
C	. . + . .	11	1 = creditor

libellus ex editionis nostrae numeris	de libellis mutilis	signatorum numerus	
CI	. . + . .	10	10 = apochans (Caesaris servus)
CII	. . + . .	9	creditor ignotus est
CIII	. . + . .	8	8 = creditor? (sed de nominibus eius parum constat)
CIV	. . + . .	8 vel 9	Dorophorus videtur creditor esse; is inter 1—4 non est; reliqui lectionis incertae
CV	. . + . .	9	creditor ignotus est
CVI	. . + . .	7—9	creditor ignotus est
CVII	. . + . .	7—10	creditor ignotus est
CVIII	. . + . .	9 vel 10	creditor ignotus est
CIX	. . + . .	9	creditor ignotus est

libellus ex editionis nostrae numeris	de libellis mutilis	signatorum numerus	
CX	. . + . .	8 vel 9	creditor ignotus est
CXI	. . + . .	9 (non plures ut vid.)	creditor ignotus est
CXII	. . + . .	8	creditor ignotus est
CXIII	. . + . .	10	creditor ignotus est
CXIV	. . + . .	9	creditor ignotus est
CXV	. . + . .	8 (an 9?)	creditor ignotus est
CXVI	. . + . .	. . + 7 + . .	creditor ignotus est
CXVII	. . + . .	7 + . .	creditor ignotus est
CXXX	. . + . .	9 + . .	creditor ignotus est
CXXXI	. . + . .	. . + 7	creditor ignotus est
CXXXII	. . + . .	5 + . .	creditor ignotus est
CXXXIII	. . + . .	. . + 6 + . .	creditor ignotus est
CXXXIV	. . + . .	. . + 3 + . .	creditor ignotus est

Signandi ratio quae est in genere *B* + *B*.

a) in apochis privatis auctionum.

libellus ex editionis nostrae numeris	de libellis mutilis	signatorum vel certe sigillorum numerus	
VI	*B* + . .	4	1 et 4 = servus (nec 2 nec 3 dominus)
XVI	*B* + . .	5	1 et 5 = creditor
XX		perierunt	
XXI		4	1. 2. 3. 4 creditor (vix erant 5 sigilla)
XXIII	*B* + . .	perierunt	
XXIV		5	1 et 5 = a muliere mandatus, 4 = ipsa
XXX		perierunt	
XXXIII		perierunt	
XXXVI	*B* + . .	perierunt	
[XLII	*B*+. . aut . . +*B*	perierunt]	
XLV		5	1 et 4 = mandatus a creditoribus duobus, 2 et 5 = eorum alter
L	. . + *B*	5	1 et 5 = creditor
LVIII		. . + 3	3 (et 1 ut vid.) = creditor
LXII	*B* + . .	3	1 et 3 = servus creditricis vice fungens
LXIV	. . + *B*	5	nomina perierunt
XCVII	. . + . .	5	1 et 5 = creditor
CXVIII	. . + . .	3	1 et 3 = servus creditoris; 2 = creditor ipse aut alius eius servus
[CXXVI	? *B* + . .	perierunt]	

b) in apochis municipalibus vectigalium.

libellus ex editionis nostrae numeris	de libellis mutilis	signatorum vel certe sigillorum numerus	
CXXXVIII		5	2 et 3 = duumviri ambo; 1 = servus, idemque [5], ut conici licet
CXXXIX	. . + *B*	[1] + 4	2 = duumvir, ut vid.; 5 = servus, idemque [1], ut coniici licet
CXL	? *B* + . .	perierunt	
CXLI		5	2 et 3 = duumvir; 1 et 5 = servus
CXLII		5	2 = duumvir; 1 et 5 = servus
CXLIII		5	2 = duumvir; 1 et 5 = servus
CXLIV	*B* + . .	5	nomina perierunt
CXLV		5	2 = duumvir; 1 et 5 = servus (3 = sequentis anni duumvir, eiusdem gentilicii, cuius est 2)
CXLVI		[1] + 2	2 = duumvir; 3 = servus, idemque [1], ut conici licet
CXLVII		4	1 et 3 = duumviri ambo; 2 et 4 = servus
CXLVIII	*B* + . .	2	1 et 2 = servus
CL	*B* + . .	perierunt	
CLI		5	2 = duumvir; [1] et [5] = servus, ut coniici licet
CLII	*B* + . .	5	nomina perierunt
CLIII	. . + . .	5	1 et 5 = servus; 2 fortasse duumvir

Signatorum numerus in libellorum genere *A* + *B*.

signatores	
7	n. LVII
7 vel 8	n. LXXIX
8	n. V. XXVIII. XXXII. XXXIX (an plures?). XL. XLIII (vix 9). XLVI. LXI (vix 9). LXVI. LXX (primo loco sunt duo homines). LXXIV. LXXVII. LXXXIV. LXXXVIII. XCIV (vix 9). XCVIII (vix 9). CIII. CXII
8 vel 9	n. II. X. XI. XIII. XV. XXVII. LXVIII. LXXXVII. CIV. CX. CXV
9	n. VII. XIX. XXII. XXV. XXVI. XXXIV. XXXV. XXXVIII. XLVIII. XLIX. LI. LIV. LV (ut vid.). LXV. LXIX. LXXI. LXXIII. LXXV. LXXX. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII. LXXXIX. XCI (vix 10). XCII. XCIII. XCV. CII. CV. CIX. CXI (non plures, ut vid.). CXIV

signatores	
9 vel 10	n. XVII. XLVII. LXVII. XCIX. CVIII
10	n. XII. XIV. XVIII. LVI. LXXVI. CI. CXIII
11	n. XXXVII. C
incerti numeri	n. CXXXIV (..+3+..). XXIX (4+..). LX (4+..; fuerunt non amplius 8). LIX (5+..; fuerunt non amplius 8). CXXXII (5+..). LXXVIII (6+..; fuerunt 8, vix 9). CXXXIII (..+6+..). LII (7+..). XC (7+..). XCVI (7+..). CXVII (7+..). CXVI (..+7+..). CXXXI (..+7). CVI (7—9). CVII (7—10). XXXI (8+..; fuerunt 8—10). CXXX (9+..).

Signatorum numerus in libellorum genere $B+B$.

a) in apochis privatis auctionum.

signatores	
3	n. LXII. CXVIII
4	n. VI. XXI
5	n. XVI. XXIV. XLV. L. XCVII
numerus incertus	n. LVIII (..+3)
numerus nunc periit	n. XX. XXX. XXXIII

b) in apochis municipalibus vectigalium.

signatores	
2	n. CXLVIII
3	n. CXLVI ([1]+2)
4	n. CXLVII
5	n. CXXXVIII. CXXXIX ([1]+4). CXLI. CXLII. CXLIII. CXLIV. CXLV. CLI. CLII. CLIII.

Ex his laterculis primum intellegitur, in genere $A+B$ signantium numerum non descendere infra septem, in uno ascendere usque ad undecim, in plerisque signasse homines novem, in paullo paucioribus octo. Septenarius igitur testium numerus in instrumentis, inprimis testamentis, apud Romanos legitimus (Mommsen vol. III S. p. 2035), in his quoque tabellis ita servatus est, ut numquam minueretur; auctus est numerus, ut licebat, tam aliis de causis quam fortasse propterea, ut partium quoque signa adessent, ad quam rem spectare Brunsio (*Schriften* II p. 134) videtur Seneca († 65) de benef. 3, 15: *adhibentur ab utraque parte testes.* In multis enim libellorum a pluribus quam septem obsignatorum creditor quoque obsignavit: n. VII (ut vid.). X. XIV. XV. XVII? XVIII. XIX. XXVI. XXVIII. XXXI. XXXII. XXXV. XXXVII. XXXVIII. XLVII? XLIX. LI. LIV. LV. LVI. LXV. LXVI. LXVII? LXIX? LXXI? LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII. LXXXIX. XCVI. XCIX. C. CI; in n. XLVIII, quo duorum creditorum continetur apocha, uterque eorum inter signatores habetur. Creditoris sigillum ultimum locum obtinet n. VII (ut vid.). XVIII. XXV (apochantis pro creditrice). XXXII? XXXIV (apochantis pro creditrice). XXXVIII. XLVII? LI. LV? LVI. LXV. LXVII? LXXIV. LXXVI. LXXXI. LXXXVI. LXXXVII? CI, primum locum n. XXXVII et C, quartum n. LXXI?, quintum n. LXXXIII, sextum n. XL. Libellorum n. V. XCII. XCIII integer octo (n. V) vel novem signatorum elenchus creditore vel (n. XCIII) eius servo caret vel (n. V) videtur carere. Mulier creditrix est in his: n. XII. XXII. XXV. XXIX. XXXIV. XL. XLIII. LVII. LXXX? LXXXVIII. Sed mulieris obsignantis in hoc quidem genere $(A+B)$ exemplum exstat nullum, cum in altero $(B+B)$ repertum sit unum (n. XXIV), ut infra videbimus. — Servus apocham fecit n. LXXVII (sociorum, ut vid.). XCIII. CI; sed inter signatores servus comparet nullus excepto n. CI, in quo est servus Caesaris; n. X 21 si *Humner(otis)* explicandum est, fortasse gentilicium omissum est. Itaque cum plurima exempla exstent signatorum novenorum, is numerus inde fortasse repetendus est, quod ab utraque parte singuli testibus septenis accesserunt; in duobus XXXVII et C, in quibus undeni sunt, fieri potest, ut utriusque partis bini adsignaverint; nec abs re est memorasse, apocham n. XXXVII ad summam pecuniae pertinere permagnam (HS 35270) idemque conici fortasse licere de mutilo libello n. C, quo perscriptio auctionis lintiariae comprehensa erat. Utut est, hoc certum videtur esse deductis partium signis non restare in A obsignatis ʻminus quam septem testes' (Gaius 1, 29).

In altero libellorum genere $B+B$ plane diversa prodit obsignandi ratio. Nam in apochis tam privatis auctionum quam municipalibus vectigalium numerus sigillorum non maior est quinario, eaque res tam extra dubium posita est tabellis omnibus, quaecumque satis conservatae sunt, ut eundem usum tribuere liceat etiam mutilis. Praeterea cum in priore genere $(A+B)$ principales partes sint testium septem, quibus nonnumquam accessit creditor vel solus vel cum aliis, in hoc genere e contrario caput rei fuisse existimandum est, ut aut creditor solus isve, qui eius vice fungebatur, solus aut ambo obsignarent, adsignantibus praeterea aut paucis (uno vel duobus vel tribus) aut nullo. (De Mancinio, qui ab vera ratione mire discessit, cf. ad n. CXVIII). Huc accedit quod inter signa etiam mulieris, scilicet creditricis, signum reperitur (n. XXIV), servus actor autem coloniae in omnibus, privatorum in nonnullis apochis obsignavit, quorum utrumque in priore genere non est admissum. Aliud generi $B+B$ proprium est hoc, quod creditor aut creditoris creditricisve vicem agens, qui chirographum interius scripsit pecuniamque suscepit, signum suum bis impressit primum summo loco, deinde infimo vel in n. XLV paenultimo loco; ut enim filum bene affigeretur eoque scriptura interior custodiretur, ante omnia opus erat in summa et ima paginae 4 parte sigillum imprimere. Idque non solum pertinet ad municipales apochas servumque coloniae (ut non recte dixi ad n. CLIII), sed etiam ad auctionarias (vide n. VI. LXII. CXVIII). — In auctionariis apochis unum exemplum restat n. XXI, quo creditor solus obsignavit, anulo quater impresso (nam quintum sigillum non videtur adfuisse); in n. CXVIII soli obsignaverunt servus creditoris (bis) et creditor ipse aut fortasse alius eius servus (semel). Aliorum sigilla accesserunt terna in n. XVI. L. XCVII, bina in n. VI et XXIV, singula in n. XLV. LVIII. LXII. Ii homines utrius partis fuerint, discerni nequit, sed probabile est Iucundianam certe non semper abfuisse. Sunt igitur chirographi obsignatores, non legitimi testes. Rei summam uno conspectu infra composui, ubi numero arabico quot apochantium adsint sigilla, significavi; reliqui non plus quam semel obsignarunt.

Signatores sunt:

1. creditor solus (4) n. XXI; creditor (2 ut vid.) cum uno pluribusve n. LVIII; creditor (2) cum tribus n. XVI. XCVII
2. creditor, vix servus alter, (1) et servus eius (2) soli n. CXVIII
3. creditorum duorum unus (2) et centurio, qui pro eis chirographum scripsit, (2) cum uno n. XLV
4. creditrix (1) et eius rogatu scribens (2) cum duobus n. XXIV
5. creditricis servus (2) cum uno n. LXII
6. servus sine domino (2) cum duobus n. VI.

In apochis vectigalium municipalibus sigilla sunt vel 2 ut videtur (n. CXLVIII) vel 3 (n. CXLVI) vel 4 (n. CXLVII) vel 5 (in novem reliquis); in omnibus servus actor coloniae bis obsignavit, in n. CXLVIII fortasse adeo solus. De qua re cum supra p. 427 dixerim, hoc loco componenda sunt ea quae sequuntur. Praeter servum actorem coloniae, qui anno 53 erat Secundus (mox manumissus? cf. ad n. CXXXIX), a. 55—62 Privatus, adsignaverunt duumviri ambo n. CXXXVIII. CXLVII aut alter eorum vel semel n. CXXXIX? CXLII. CXLIII. CXLV. CXLVI. CLI. CLIII? vel bis n. CXLI. Praeter hos obsignaverunt bini in n. CXXXIX? CXLII. CXLIII. CXLV. CLI? CLIII?, singuli in n. CXXXVIII? CXLI, nemo in n. CXLVI. CXLVII. CXLVIII. In n. CXLV praeter unum ex duumviris praesentis anni signat sequentis anni duumvir; quod tamen casui potius tribuendum videtur; cum enim idem utrique nomen gentile sit, hunc ut cognatum adscitum fuisse conici licet. Reliquos omnes aut certe eorum nonnullos Iucundi parti tribuendos esse probabile est.

De testibus vel certe signatoribus commentatus est Carolus Georgius BRVNS, *Die sieben Zeugen des römischen Rechts*, in Commentationibus in honorem Mommseni scriptis (Berolini 1877) p. 489—506 = *kleinere Schriften* II p. 119—138, ubi p. 501 = 133 seqq. de tabellis Pompeianis disseruit. Cf. idem, *Die Unterschriften in den römischen Rechtsurkunden* in Commentationibus academiae Berolinensis anni 1876 p. 41—138 = *kleinere Schriften* II p. 37—118 et KARLOWA *röm. Rechtsgeschichte* I p. 805.

VI. CHIROGRAPHVM AB APOCHARIO SVBSIGNATVM.

Hic tabellarum sigillis claudendarum usus Romanus dudum notus erat. Plane novum est, quod in his libellis primus observavi, subsignata esse chirographa. Eius rei tam multa pro tabellarum afflicta condicione exempla restant et certa, ut dubitare nequeas, quin reliquae quoque, quae maius damnum passae sunt, eadem cautione munitae fuerint. Itaque in omnibus libellis, quorum exterior scriptura sola est chirographum, haec subsignata est; in iis, qui utrimque chirographum continent, prius subsignatum est solum. Subsignasse eum, qui chirographum scripsit, cum consentaneum sit, tum eo confirmatur, quod, si auctionis auctor non ipse, sed ex eius mandatu vel rogatu alius apocham exaravit, bina sigilla apparent. Sigilla ea collocata sunt ad ipsum finem scripturae, excepto n. ci, in cuius pagina 5 ad superiorem potius marginem erat impressum, nisi forte praeter usum hoc exemplum exterius nunc evanidum diversa regione paginae inscriptum fuit. Ubi duo exstant sigilla, aut unum prope alterum (n. xvii. xxv. xxxiv. xxxvii? xxxix? li. liii? lv? lvi? lxi. lxxiv. lxxvii? civ) aut unum ad sinistrum, alterum ad dextrum marginem (n. vii. xii. xiv. [cx?]) impressum est. — Singula docet elenchus subiectus, in quo asterisco * notavi eos libellos, in quibus vel exterior (in 1) vel interior (in 2) scriptura nunc periit.

1. in libellis, qui formulis $A+B$ vel (n. ii) A et $A+B$ inscripti sunt, exteriori scripturae in pagina 5 subiecta sunt
   a) sigilla singula: n. ii. *viii? x. *xiii. xxvi. xxvii. xxviii. xxxii. xxxviii. *xliii. *xlvii? xlviii. *xlix? *lii. *liv. lxiii. lxv. *lxvi? *lxviii. lxix? *lxxii? *lxxviii. *lxxix. *lxxxi. *lxxxiii? *lxxxvi? *lxxxvii. *xcviii. *ci. *ciii. *cvi? *cvii. *cxiii. *cxiv? cxv. *cxvi. *cxvii. *cxxx?
   b) sigilla bina: n. vii. xii. *xiv. xvii. xxv. xxxiv. *li. *lxi. *lxxiv. *civ;
   alterum sigillum dubium est in his: n. *xxxvii. xxxix. *liii. *lv. lvi. *lxxvii. *cx.

2. in libellis, qui formula $B+B$ inscripti sunt, interiori scripturae in pagina 3 subiecta sunt
   sigilla singula: n. *iv. vi? xxiv? xxx. xxxiii? xlv? dipt. *l? *lxiv (*b* + index). cxxxviii. dipt. *cxxxix. cxli? cxlii. cxliii. cxliv (*B* et inchoat. *B*+..). cxlv. cxlvii. cxlviii. cl. cli.
   Sigilla bina in hoc genere non exstant.

In eodem genere $B+B$ numquam subsignatum est scripturae exteriori, nam in n. vi et xxiii quae videntur adesse vestigia, plane sunt dubia.

Singularis est ratio diptychi n. i antiquissimi et ab ceterorum serie libellorum annis XXXVII distantis; in eo enim interior scriptura licet non sit chirographum, sed ad formulam A prope accedat, tamen sigillo supposito munita est transitusque ad chirographi usum gradum quendam monstrat.

Quod ad chirographa attinet a binis subsignata, in parvo libellorum satis servatorum numero exempla tamen adsunt certa, quae rem declarent. In iis enim, quibus in pag. 5 subsignatum est, insunt quattuor, quae chirographum exhibeant ex mandatu (n. vii, ubi videtur esse servus) vel ex rogatu (n. xvii. xxv. xxxiv) alicuius scriptum; in aliis (n. xii et civ) cum exterior scriptura perierit, interior docet apocham fuisse mulieris (n. xii) vel servi ut videtur (n. civ). Unde patet eos, qui chirographum non ipsi exaraverunt, sive quia illitterati erant sive quia servo rem mandaverant, scribentis sigillo suum apposuisse. Ex hoc vero colligi licet, etiam in n. xiv. li. lxi. lxxiv exteriore scriptura nunc carentibus apochae auctores (Tiburtium Buttum reliquosque) chirographum in pag. 5 alii homini scribendum demandavisse. — In altero genere $(B+B)$, quod interiorem potius scripturam i. e. primarium chirographum subsignatum exhibet, duplex sigillum non exstat vel certe non servatum est. Id quod utrum ab mutila tabellarum condicione sola an inde repetendum sit, quod interior scriptura filo et paginae quartae sigillis satis clausa esse putabatur, in incerto relinquitur. — Libellos, in quibus bina sigilla inesse non est certum, hic omittam, ex. gr. n. lxxvii, quo fortasse sociorum apocha continebatur. — Cf. quae de hoc subsignandi usu dixi p. 420.

VII. SVMMARIVM APOCHAE EXTRINSECVS SCRIPTVM.

In nonnullis libellis extrinsecus, sive in prima sive in ultima pagina, atramento scriptum est instrumenti summarium, quo quid libello contineatur, breviter indicatur. Scriptura est munda eiusdem manus — scilicet Iucundi tabellionisve, unde est quod n. cxlv 35 *debuera(m)* dixit —, quae in margine indicem (vide infra) et in pagina 4 signantium nomina item atramento exaravit. In auctionum tabellis summarium non restat nisi uno exemplo hoc, quod est anni incerti:

n. lxii in pag. 6: [*pe*]*rsoluti*[*o*] (? ?) *Prepontis, Corneliae, Saturnini* (uxoris, servi) HS ccIↃↃ . . . . . . *ob mancipia* et q. s.

Interius exemplar chirographarium fuisse, sicut fortasse ex summa pecuniae in pag. 3 verbis, non notis perscripta, ita certe ex sigillorum numero (sunt tria hominum duorum) patet. Sive *persolutio* (quod vocabulum exemplo caret) sive *solutio* legitur, offendit apochantis nomen genetivo casu scriptum, ut statuendum sit extra ordinem vocabulum adhibitum esse ad liberationem significandam, cum alibi (in n. cxlii v. 27 et n. cxlv v. 33 *solutio* . . *Privato*) eo notari praestationem pecuniae debitae certum sit.

In apochis coloniae Pompeianae haec restant summaria:

n. cxlviii (anni 55) in pag. 6:

[. . . . . *Privati* c. c.] *V. C. s.*
[*Cn. Alleio Nigidio*] *Maio*
. . . . *o d. i. d.* [*quinq.*]
VII idus Dece.
Cn. Lentulo Ga[*e*]*tulico T. Cur*[*tilio Mancia cos.*]

n. cxli (anni 58) in pag. 1:

chirograpum Privati c. c. *V. C. s.*
ob fullonicas soluti
HS ∞DCLII *anni primi*

n. cxliii (anni 59) in pag. 6:

chirograpu[*m*] *Privati c.* c. [*V. C. s.*]
HS ∞DCLIS *ob fullonic*[*a*]
anni terti
duobus Grospis d. v. i. d.
M. Ostorio T. Sextio cos.
vi *idus Iulias.*

n. cxliv (anni 60) in pag. 1:

Nerone Caesare iiii *Cosso cos.*
viii *idus Maias*
chirograpum Privati c. *C. V.*
HS ∞DCLII *ob fullonica* . .
anni quarti.

n. cxlii (anni 58) in pag. 6:

solutio ob fullonica
anni secundi Privato c. c. *V. C. s.*
L. Veranio Hupsaeo L. Albucio Iusto
d. v. i. d.
pr. idus Iulias
A. Paconio A. Petronio cos.

n. CXLV (anni 58) in pag. 6:
solutio ob pasqua
anni primi Privato
duumviris Pompeio et Cornelio
debuera(m) anni superioris
HS ∞ ∞ DCLXXV

n. CXLVI (anni 58) in pag. 6:
solu[tio ob p]asquam
an[ni] . . . .
HS ∞ D[CLXXV]
. . . .

Summarium igitur non invenitur nisi in genere utrimque chirographico $B+B$, nam eius sunt aut certe fuerunt illi libelli omnes, pertinentes ad annos 55—60. Iucundus inscripto eo commoditati suae consuluit, cum ad reperiendum instrumenti argumentum non opus haberet filum vel fila, quibus totus libellus convolutus erat, prius solvere. Eadem de causa diptycha summario carere consentaneum est, cum exterius eorum exemplar in paginae quartae columna sinistra per se aperta recognosci posset. In diptycho autem n. LXIV in eadem columna quae atramento inscripta sunt et plene restant: *chirograpum C. Tetti Fausti,*
cum brevi summario similia sint, tamen habenda sunt pro ipso exemplari exteriore; id enim alibi quoque, in n. XX. LVIII. CXLII. CXLIII, epitome est chirographi authentici intus perscripti (cf. p. 420). — Hi libelli cum omnes careant titulo marginis (cf. cap. VIII), fieri potest, ut ab Iucundo non in arca repositi, sed in scrinio ita collocati essent, ut prima vel ultima pagina pateret et summarium inspiciendum ultro praeberet.

VIII. TITVLVS LIBELLI IN MARGINE ADNOTATVS.

Libellorum magnae parti in una (triptychorum media) tabella vel in binis tabellis margini superiori titulus sive index instrumenti atramento characteribus mundis inscriptus est, ut in arca repositi quod quisque instrumentum continerent, commode hac rubrica agnosci posset. Eos titulos probabile est olim additos fuisse plerisque omnibus diptychis triptychisque, exceptis dumtaxat iis, ut videtur, quae extrinsecus in pagina prima vel ultima exhiberent summarium (vide cap. VII). Binas index tabellas occupat in his:

1. tabellas I et II in n. XX et C, 2. tab. II et I in n. LXXXVII, 3. tab. II et III in n. LXXIV. XCVII. CIII.

Instrumentum inclusum significatur his indicibus aut *perscriptio* aut *chirographum* (*chirograpum*) aut *solutio* (semel fortasse *persolutio*), adiuncto plerumque apocharii nomine nominibusve vel genetivo vel dativo casu.

1. 'perscriptio' appellatum est instrumentum in iis, quae sequuntur, ubi mutilas inscriptiones asterisco * notavi exceptis iis, in quibus ex reliquiis *perscriptio* fuisse certo constat. Eas, in quibus vocabulum *perscriptio* nunc periit, sed olim exstitisse putandum est, asteriscis ** distinxi.
   a) *perscriptio* cum genetivo casu (ex. gr. *L. Titii*): n. VII. XVII. XIX. XX. *LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. *LXX. LXXIII. **LXXXI. **LXXXII. *LXXXIV. **LXXXVIII. **LXXXIX. *XC. XCI. *XCII. **XCIV. **XCVIII;
   b) *perscriptio* cum dativo casu (ex. gr. *L. Titio*): n. *XIII. **XIV. XVIII. *XXI. XXII. *XXIV. *XXVI. XXXV. **XXXVII. XXXVIII. XLVIII. XLIX. LI. LII. **LIX. **LXX. LXXIV. **LXXV. **LXXVI. LXXIX (dat. corr. ex genet.?). *LXXXIII. *LXXXV. *LXXXVII. XCIII. **XCVI. *XCIX;
   c) *perscriptio* cum incerto casu (sive nomen est mulieris ut *Titiae* sive non plene perscriptum sive mutilum): n. *II. IX. **XII. **XV. XVI. **XXV. *XXVII. XXIX. *XXXI. XXXII. *XLIII. **XLIV. **LV (dat.?). LX. **LXIX. LXXVII. LXXVIII. LXXX (dat ?). *LXXXVI (dat.?). CI. CII. CIV. *CV. *CVI. CVII. **CVIII. *CXII. CXXVIII.

Praeter apocharii nomina addita est res, ad quam apocha pertineat, in his:

n. LXXIV *perscriptio [M. Vi]bio Secundo*
[pr]o [ma]ncipeis

n. XCV *perscrip(t)io auctionis [A. M]anli* . . . . . .

n. XCVII *persc[riptio d]enarum*
Turdi in id(us) Nove[m(bres)]

n. C *pers[cr]iptio auctionis lintiariae*
[Pto]l[e]m[(a)ei Masyl]li fili Alexsandrini

n. CIII *[per]sc[riptio]* . . . .
HS · IↃↃ CCCCXXVIII . . . .

Adde fragmentum n. XX: *perscriptio* . . . . . .
[Vesta]lis . . . .

Haec perscriptionis appellatio plerumque adhibita est ad libellorum genus $A+B$, ad alterum genus ($B+B$) in his solis n. XX. XXI. XXIV. XCVII, quibus addi potest n. XVI, in quo prius exemplar medium inter formulas A et B locum tenere dixi p. 418. Itaque generalis est vocabulo notio, cum *chirographum* et *solutio* non adhibeantur nisi ad chirographa significanda. Perscriptionem Mommsenus *Hermes* XII p. 111 demonstravit esse non solam solutionem ex mensa factam, sed scripturam de pecunia a debitore soluta, unde intellegitur creditoris nomina adiungi potuisse tam genetivo quam dativo casu, sive est solutio ab Iucundo facta Titio creditori, ut hic illum i. e. debitorem liberaret, sive apocha Titii creditoris. Probabile est vocabulum a Romanis translatum esse ab graeco διαγραφή, quod significat eam scripturam, qua pecunia solvenda assignatur (Polyb. 32, 13 § 7; cf. διαγράφειν τινί τι), ut tamen tempore procedente apud Romanos usum magis generalem acquisivisse videatur.

2. 'chirographum' appellatum est instrumentum in his:

n. VI · *[chiro]grapum [S]al[vi]* . . . .
n. LXIV (diptycho) *[c]hirogra[p]um* . . . . (In pag. 4 col. sinistra pro scriptura exteriore habetur: *chirograpum C. Tetti Fausti*)
n. CXVIII *chirograp(um) Vesbini, Vibidi Verani (servi)*
n. CXLVIII *chirograpu(m) Privati c. [c.] V. C. ser(vi)*

Ii libelli sunt vel (n. LXIV et CXVIII), ut aliunde concludi potest, fuerunt generis $B+B$. — Idem vocabulum etiam in exteriore scriptura (n. XX. LVIII. CXLII. CXLIII) et in summario (n. CXLI. CXLIII. CXLIV) redire supra memoravi.

3. 'solutio' appellatum est instrumentum in n. CLI *[s]olutio*........, quod triptychum est generis $B+B$. Item significatum est chirographum in summario libellorum n. CXLII. CXLV. CXLVI, in scriptura exteriore libelli n. CXLII. In n. LXII in summario fortasse *persolutio* legitur (vide p. 433). Cf. *soluti* (i. e. sestertii), quod est in summario n. CXLI.

IX. IMPERATORES.

AVGVSTVS *i. e. princeps eius aetatis* XLV 4. 19. 27
CAESARIS AVG. (servus) [Phi]lippianus XXX 7
CAESAR] Chryseros Caesaris Narcissianus CI 13
Chryseros Caes.... CI 1

DRVSVS CAESAR cos. (*a. 15*) I 14

NERO CAESAR cos. (*a. 55*) X 14
NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. IMPERATOR cos. (*a. 55*) XI 13
NERO .... cos. (*a. 55*) XI 24
NERO CAES[AR] cos. (*a. 55*) XII 12
NERO [CAESAR] cos. (*a. 55*) XII 23
NERO [CAES.] cos. (*a. 55*) XIV 13
NERO CAESAR cos. ĪĪ (*a. 57*) XXVIII 11. XXXI 13. XXXII 12. XXXIV 16. XXXV 14. XXXVII 12. XL 13. 22
NERO CAES. cos. ĪĪ (*a. 57*) XXIX 14
[NERO] CAE[SAR cos. ĪĪ] (*a. 57*) XXX 1
N[ERO CAESAR] cos. ĪĪ (*a. 57*) XXX 17
NERO CESER (sic) cos. iterum (*a. 57*) XXXIII 1
NERO cos. [ĪĪ?] (*a. 57?*) XXXIII 25
[NERO CAESAR] cos. ĪĪ (*a. 57*) XXXIV 5
NERO CAESAR cos. [ĪĪ] (*a. 57*) XXXVI 1
NER[O] CAESA[R] cos. ĪĪ (*a. 57*) XXXVIII 13
[NERO CA]ES. cos. — *omisso* ĪĪ — (*a. 57*) XXXVIII 23
[NERO CAES]AR cos. ĪĪ (*a. 57*) XXXIX 12
NERO CLAVD[IVS] .... cos. [ĪĪ] (*a. 57*) XLI 1
NERO AVG. cos. ĪĪĪ (*a. 58*) CXLI 16
NERO CAES. cos. ĪĪĪ (*a. 58*) CXLI 32
NERO CAESAR cos. ĪĪĪ (*a. 58*) CXLV 13. 30
NERO cos. ĪĪĪĪ (*a. 60*) CXLIV 1
NERO CAESAR cos. ĪĪĪĪ (*a. 60*) CXLIV 17
NERO CAES. cos. (*a. inc.*) XLIII 13
NERO .... cos. (*inter a. 55 et 60*) XLIV 2.

X. CONSVLES.

Menses et dies in hoc laterculo adscripti sunt ii, quibus tabellae conscriptae sunt.

In plerisque instrumentis annus significatus est consulibus iis, qui eo die magistratum gerebant, sicut in oppido Italiae ipsius factum esse consentaneum est, magnumque tabellis pretium tribuendum est ob hoc ipsum, quod suffectorum illius aetatis testimonia certa numero magno praebent. Extra ordinem ordinarii pro suffectis indicati sunt in his:

	n. II	a. 27 Nov. 27
	n. XXIII	a. 56 Nov. 11
	n. XXXV	a. 57 Aug. 5
ac fortasse in his:	n. XI	a. 55 (Oct.?)
	n. XLI	a. 57 (Sept. Nov. Dec.?)

Fonteius, quem anno 58 Nero in suum ipsius locum suffecit, n. CXLVI *secundo loco positus est. — Consules suffecti anni 59* n. CXLIII 25 *alio ordine atque 14 et 30 exhibentur. Praeterea de ordine consulum binorum cf. annos 27. 54. 59 m. Iun.*

Apochae ad formulam A conceptae, i. e. acceptilatoriae, consules praemissis die et mense ad finem, chirographariae (exceptis municipalibus) subiectis die et mense exhibent a principio. Municipales, quae et ipsae sunt chirographariae, cum a principio duoviros, i. e. coloniae eponymos, subiectis die et mense collocent, consules in fine memorant. Per neglegentiam in scriptura exteriore chirographaria n. CXLII *consulum alter,* n. VII *ambo esse omissi videntur.*

a.		
15	Mai. 28	Druso Caesare C. Norbano Flacco I 14
27	Nov. 27	[L.] Calpurnio M. Licinio II 8
52 (*an 53?*)		... C[ornelio] L. Salvio III 1
52	Mart. 31	[Fausto?] Cornelio Sulla L. Salvio IV 1
53	Mart. 14	D. Iunio Torquat[o Sil]ano Q. Haterio Ant[onino] CXXXVIII 13
53	Mart. 14	[D. I]unio Silano Q. Haterio Antonino CXXXVIII 22
53	...	D. [Iunio?] Silano Q. Haterio XV *adnot.*
54	Mai. 10	M'. Acilio Aviola M. Asinio Marcello V 7
54	Mai. 25?	M'. Acilio Aviola M. Asinio VIII 2
54	Mai. 29	M'. Acilio Aviola M. Asinio VI 2
54	Mai. 29 aut Iun. 28	M'. Acilio M. Asinio VII 13
54	......	M'. Acilio M. [Asinio] IX 12
55	Ian. 22	Nerone Caesare L. Antistio X 14
55	(Oct.?)	Nerone Claudio Caesare Aug. imperatore L. Antistio XI 13
55	[Oct.?]	Nerone .... XI 24
55	...	Nerone Caes[are L.] Antistio XII 12
55	...	Neron[e Caesare L. Anti]stio XII 23
55	...	Nerone [Caes.] L. Antistio XIV 13
55 (*ut vid.*)	Dec. 6	Cn. Lentulo Ga[e]tulico T. Cur[tilio Mancia] CXLVIII 18
55 (*ut vid.*)	Dec. 12	[Cn. Lentulo? T.] Curtilio XV 13
55 (*ut vid.*)	Dec. 30	[Cn.] Lentulo Gaetul[ico T. Curtilio Mancia] XVI 13
55 (*ut vid.*)	...	Cn. Lentulo T. Cur[til]io XVII 12
55 (*ut vid.*)		Cn. Lentulo .... XVIII 2
56	Febr. aut Mart.	[Q.] Volusi[o] P. Cornelio XIX 13
56	Iun. 18	Q. Volusio Saturnino [P. Cornelio] XX 3, *cf. adnot.* a
56	Iun. 24	Q. Volusio Saturnino P. Cornelio Scipione XX I 2 et (*omisso* Scipione) 16
56	Nov. 11	[Q. Volusio S]aturnin[o P. Cornelio Scipi]one XXIII 1
56?	Sept. 3	L. Annaeo [P. P]alfurio XLVI 12, *cf.* 21
56	Nov. 5	L. Duvio P. Clodio XXII 13
56	Nov. 5	[L. Duvio P. Clo]dio XXII 23
56	[Nov. Dec.]	L. Duvio P. Clodio XXXII *adnot.* 7
56	Dec. 10	L. Duvio Avito P. Clodio XXIV 2
56	Dec. 10	L. Duv[io Avito P. Cl]odio XXIV 19
56	Dec. 12	L. Duvio P. Clodio XXV 14
56	Dec. 12	L. Duvio Avi[to P. C]lodio Thrasea XXV 24
56	Dec. 18	L. Duvio P. C[lod(io)] XXVI 4
56	Dec. 18	[L. Duvio Avito P. Clod]io Thrasia (sic) XXVI 24
56	Dec. 18	L. Duvio P. Clodio XXVII 14
57	Ian. 13	Nerone Caesa(re) ĪĪ L. Cal[p]urni[o] XXVIII 11
57	Ianuar. 13	[Nerone Caesare ĪĪ L. Ca]lpurnio Pisone XXVIII 21
57	Ian. 26	Nerone [Caes.] ĪĪ L. Calpur. XXIX 14
57	(Ian. 26?)	[Nero]ne Cae[sare ĪĪ L.] Calpurn[io] XXX 1
57	(Ian. 26?)	N[erone Caesare ĪĪ L. Calpurnio] XXX 17
57	Apr. 1	Nerone Caesare ĪĪ L. Calpurnio XXXI 13
57	Apr. 7	Nerone Caesare ĪĪ L. Calp. XXXII 12
57	Apr. 7	[Νέρωνος Καίσαρος β'] Πι[σωνος Καλπουρνίο]υ XXXII 21
57	Iun. 23—27	Nerone Cesere (sic) iteru(m) L. Calpurnio Pison[e] XXXIII 1
57	...	[Nerone] Caesare Aug. iter[um L. Calpurnio] Pisone XLII 1
57	Aug. 5	Nerone Caes. ĪĪ L. Calpurn(io) XXXV 14
57	Aug. 5	[Nerone Caesare ĪĪ] L. Calpurnio XXXV 24
57	(Sept. Nov. Dec.?)	Nerone Claud[io . . . ĪĪ] L. Calpurnio Pisone XLI 1
57	Iul. 27	[Nerone Caesare] ĪĪ [Caesio Martial]e XXXIV 5
57	Iul. 27	[Nerone Caesar]e ĪĪ [Caesio Mart]iale XXXIV 16
57	Sept.—Oct.	Ner[on]e Caesa[re] ĪĪ L. Caesio XXXVIII 13
57	Sept.—Oct.	[Nerone Ca]es. Matal. (sic) XXXVIII 23
57	Sept. 9 vel 10	Nerone Caesar[e ĪĪ] L. Caesio [Martiale] XXXVI 1

a.		
57	Sept. 17	[N]erone [C]aesare II L. Caesio XXXVII 12
57	Nov. 18	[Nerone Caes]are II [Caesio M]artialo (sic) XXXIX 12
57	Nov. 18	[Nerone Caes. II] Martial[e] XXXIX 22
57	Dec. 23	Nerone Caesare II L. Caesio Marti(ale) XL 13
57	Dec. 23	Nerone Caesare II L. Caesio Martiale XL 22
58	Ian. 5	Nerone Caesare III M. Messalla Corvino CXLV 13
58	Ian. 5	Ner[on]e Caes[are] III Messal. Corvin. CXLV 30
58	Febr. 19	Nerone Aug. III M. Messalla CXLI 16
58	Febr. 19	Nerone Caes. III Messalla CXLI 32
58	[Iun. 6—12?]	M. Valerio [Messalla C. Fonteio] CXLVI 5
58	[Iun. 6—12?]	[M. Valerio] Messalla C. Fonteio CXLVI 17
58	Aug. 14	A. Paconio Sabino A. Petronio CXLII 12
58	Aug. 14	A. Paconio A. P[etr]onio CXLII 31
58	Aug. 14	A. Paco(nio) CXLII 25 (*solus vid. memoratus esse*)

a.		
58	Sept.—Dec.	[A. Paconio S]abino [A. Petronio Lu]rcone CL 13
59	Iun. 18	Cn. Fonteio C. Vipstano CXLVII 15
59	Iun. 18	C.(sic) Fonteio C. Vips. CXLVII 29
59	Iul. 10	M. Ostorio Scapula T. Sextio Africano CXLIII 14
59	Iul. 10	T. Sextio M. Ostor. CXLIII 25
59	Iul. 10	M. Ostorio T. Sextio CXLIII 30
60	Mai. 8	Nerone Caesa[re I]III Cosso CXLIV 1 (*cf. scariphatam infra editam:* Nerone Caesare Augusto Cosso Lentulo Cossi fil. cos., VIII idus Febrarias)
60	Mai. 8	Nerone Caesare Aug. IIII Cosso Len[tulo] CXLIV 17
61	...	L. Iunio Caesennio Paeto P. Calvisio Rusone CLIV 7
61	...	[L.] Iunio [Caese]nn[io Paeto P. Calvisio] Ru[son]e CLIV 22
61	...	L. Iunio Caesennio [Paeto] P. Calvisio Rusone CLV 35
61	...	L. Iunio Caesenn[io Paeto P. Calvisio] Rusone CLV 58
62	Ian.	P. Mario P. f. L. Afinio CLI 13
62	Ian.	P. Mario (*vel* P. Mario . . . . . .) L. Afinio CLI 27

a.	
. . . .	Nerone[II?] . . . .[cos.] XXXIII 25
55? 57? 58? 60?	[Ne]r[one] Caes. . . . . . . io XLIII 13
inter 45 et 60	Ner[one] . . . . . . XLIV 2
... Aug. [27]	. . . . . . o . . . . . o L. Iunio Gallione XLV 25
... Aug. 27	. . . . o . . . o L. Iunio (Gallione) XLV 1
.... Febr. 13	P. C[alvisio?] . . . . bonio XLVII 12
.... [Febr. 13]	P. Calvis[io]? . . . . . XLVII 22
... ..	. . . . Cornelio LXIX 5
... ..	. . Cor . . . . LXXII 12
...	C. C . . . n . . . .[leio?] XLIX 5. 12
... ..	P. (*vix* N.) C . . . . LXV 11
... ..	Q. . . . . i//nio LXX 3. 12
... ...	. . . . . . istio (?) . . . . . . LVI 18
... Dec. 5	. . . tio au . . . s . . . .(?) L 1
... ...	. . . . nio LIV 11
...	P(ublio)? . . . . XLVIII 14
	P. . . t . . . . XLVIII 24
... ..	Q. . . . . XCVIIII 2
... ..	. . . . . r//o . . . . . o LVII 13
... ..	. . . . o LXVIII 6
....	. . . . CIX *pag. 3 extr.*

XI. NOMINA VIRORVM ET MVLIERVM.

consules et duoviri i. d. hoc capite omnes breviter memorati sunt, sed ut ad capita X (p. 435) *et IV* (p. 428) *remissum sit. — Imperatores vide cap. IX.*

1. PRAENOMINA RARIORA.

praenomen plene perscriptum Lucio: XXXIII 6
praenomina rariora: Cossus *vide* Cornelius Lentulus. — Faustus *vide* Cornelius Sulla. — Sal(vius) XCV 8
praenomen omissum, ubi idem homo secunda vice memoratur I 12. XVII 9. CXLVI 3. 15, *alibi*
praenomen signatorum plerumque adscriptum est, omissum est ex. gr. XI 15 sqq.

2. NOMINA GENTILICIA VIRORVM ET MVLIERVM.

apoch. / auct. / cred. / s. — *intellegendus est* — apocharius / auctionis auctor / creditor / signator

* *asterisco distinxi mutilas, quae minus certo restitui possunt.*

gentilicia a graecis nominibus derivata: Lydius (Lidius), Murtius?, Mystius (Mustius), Thermius
gentilicium a peregrino nomine derivatum: Histrius
gentilicia bina singulorum hominum: Cn. Alleius Nigidius Maius II vir i. d. quinq., Q. Coelius Caltilius Iustus II vir i. d., L. Helvius Blaesius Proculus II vir i. d., L. IVNIVS CAESENNIVS PAETVS consul, D. Lucretius Satrius Valens, N. Nasennius Nigidius Vaccula, C. Numitorius Audius Bassus, N. Sandelius Messius Balbus II vir i. d. *cognomine videtur carere:* M. Fabius LVII 3

s. .. A . . . . Te . . . us XLVII 16
M'. ACILIVS AVIOLA cos. (*a. 54*) *vide p. 435*
s. Sal. Aconius Primus XCV 8
s. P. Aefulanus C(h)rysant(bus) VII 21 (*cogn. bis scr.:* 1. Crysant . . . 2. Crusa?)
s. [P. Ae]fulanus Crysantus (sic) XII 20
s. P. Aefulanus Crysant. XV 17
s. [P.] Aefulanus Crysa(ntbus) LXXXV 6
s. P. Aefulanus Cbrysantus LXXXIX 7
s. P. Aefulanus Cr . . . . CIII 5
s. [P.] Aefulanus C[hr]ysa[n]. CX 7
cred. Aefulanus Crysant. LXXIX 1
s. L. Ae[lius] Pa . . . XXXI 20 (*cogn. bis scr.*)
s. L. Aelius Turbo VI 18 Turbo VI 22
s. L. Ae[lius?] Vern[a?] LXXIX 8
s. L. Aemilius Celer XXVII 16
s. C. Aemilius Severus CXIII 1
L. AFINIVS cos. (*a. 62*) *vide supra hac pag.*
L. Albucius Iustus II vir i. d. (*a. 58/59*) *vide p. 428*; *signator*: LXX 6. CXLII 14. CXLVII 18
s. L. Albucius Thesmus LXXI 10
auct. P. Alfenus Pollio de(curio?) XLV 10

auct. P. Alfenus Po[llio] XLV 31
s. P. Alfenus Pollio XLV 20. 24
cred. P. Alfenus Varus trecenarius Augussti (sic) XLV 2
cred. P. Alfenus [Varus trecenarius] Augusti XLV 27
s. P. Alfenus Va[rus] trecenarius Augu[sti] XLV 19
s. [P.] Alfenus Varus trecenarius Aug. XLV 22
s. Cn. Alfi . . . . CXVII 4
s. . . Alficius Vitalis XXXII 17. LXXXVI 4
s. A. Alfius Abascantus XIX 21
s. [A.] Alfius Abasca[ntus] XXII 21
cred. M. Alleius Carpus II 4. 6. XXI 18
cred. [M. All]eius Carpus XXI 1
cred. [M. Alleiu]s Carpus XXI 5
s. M. Alleius Carpus XXI 11—15 *quater* (Ale. v. 12; *cogn. om.* v. 14)
s. M. Alleius Carpus LXXIV 12
cred. Cn. Alleius C(h)ryser[os] XXXV 1
cred. Cn. (. . n. 10) Alleius C(h)ryseros XXXV 6. 10
cred. [Cn. Alleius] Chryseros XXXV 27
s. Cn. A[ll]eius C(h)ry[s]eros XXXV 23
cred. M. All[eius?] Hyg(i)nus XLVI 5
